







Ex libr.
Prioris Antonii Bosio S. F. D. 1845

76 B-12







Torino. Lit. D. Peder.

FILIBERTO PINGONIO

Ex antiquo numismate.





PHILIBERTI
PIN GONII
SABAVDI,
AVGVSTA TAVRINORVM.



TAVRINI, Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. M D LXXVII.
CVM PRIVILEGIO.

Th. A. Bosio.

PRIVILEGI EXEMPLAR

EMANVEL PHILIBERT, Par la grace de Dieu, Duc de Sauoye, Chablays, & Aouste, Prince & Vicaire perpetuel du Sacre Empire Romain, Marquis en Italie, Prince de Piemont, Conte de Geneue, & Geneuoys, de Bauge, Roment, & d'Ast, Seigneur de Nice, Bresse, & Vercel, du Marquisat de Ceue, &c.

À tous qui ces presentes verront, salut. Comme soyt qu'ayons toujours este enclins, & dediez avec les armes, maintenir aussi les bonnes lettres & sciences, lesquelles sans le soutien des Princes d'autant seroyent abbatues, que par la faueur d'ieux elles s'épandent, & fleurissent beaucoup mieux : Scauoyr faisons, que par ce voulons gratifier à notre tresschier, bien aime & feal Philibert de Pingon Docteur es droicts, qui desireroit mettre en lumiere aucunes de ses cōpositions & œuures tant latines que autres endiuieres facultez, qui neantmoins, pour l'en uye d'aucuns Imprimeurs, ou autres, porroyēt tum ber en perte sus ce luy qui auroit pris de luy charge, les imprimer. Pour ce est il que de notre propre mouement, plainiere volonte, puissance & authorite: Auons audict de Pingon donne ostroye & concede, donnons, ostroyons & concedons priuilege expre de faire imprimer ses œuures à qui bon luy semblera. Auec inhibitions & defenses à tous im primeurs, libraires, & autres qu'il appartient, de n'imprimer, vendre, ou porter rie-

renoz terres, & pays autres exemplaires, & impressions de ses œuures que de celuy qui aura charge & pouvoir special dudit de Pingon. Et ce pour le temps de dix ans encommencans le iour qd'iceux liures auront este archeuez d'imprimer. A peine de confiscation desdits liures, & marchandise qui se trouuera desdicts vendeurs, & contreuenans, & autre à nous arbitraire. Car tel est nostre vouloir: Quæ voulons, & mandons estre inuiolablemēt obserue ioux te la forme & te neur des presen tes, Sans que nul presume y contrarier, ou contreue nir en aucune maniere, en tant que chacun craint en courir lesdites peines: A l'ex ecutiōn des quelles lon procedera vi rilement contre tous trāgresseurs, & contreuenans. En foy de quoy auons ordonne les

presentes, souzbscriptes de nostre main, & se elles de nostre feel Donne en nostre ci te de Nice, ce iour 15. de Februar, L'an de grace M. D. L.

Ainsi signe Em. Philibert.

V. Stroppiana.

Et au desboubz Roffier. & plus bas S. Mossault gratis.

Avec le feel en cyre rouge.

AD ILLVSTREM

PHILIB. PINGONIVM

C V S I A C E N S I V M B A R O N E M

P R I M Æ C E L L Æ Q U E D.

*ab intimis consilijs, & libellis supplicibus
Serenissimi Sab. Ducis.*

FRANCISCVS FERRERIVS

Anchisa. I. V.C. Taurinensis.



O STRA vrbs anteacti cunctis scriptoribus aui,
Non debet quantum PINCON amice tibi.
Fama eius parua illorum vestigia libris
Extabant, libri verius exciderant.

At tua sedulitas, atque anxia cura, laborque
Quod non indagat, restituitque decus?
Urbis natalem repetis, populique triumphos,
Ac genera, & seriem Pontificum, atque Ducum.
Marmora quinetiam ueterum simulantia uultus,
Visendumque fuit quicquid in urbe, notas.
Quique unquam authores celebrarunt nomina nostra,
Mersos Lethæa pœne palude refers.
O mirum artificem, per quem tot ciuibus, urbi,
Artibus, ingeniis, uita, decusq; reddit?

Aliud eiusdem.

Debeat ambigimus, plus ne urbs clarissime Pingon,
An tot scriptorum millia censa tibi.
Urbitu reddis ciues, & ciuibus urbem,
Tu doctis titulos, & monumenta uiris.

PANDVLPHVS SFONDRAVVS
PATRICIVS CREMONENSIS.
AVTHORIS NOMINE.

SA X A solo laceris membris euulsa profundo,
Furatura rogis nomina prisca uirum,
Parietibus nostris affixa, intusque forisque,
Quæ deceant cines facta, modique docent.
Postquam autem scripsi totam radicitus urbem,
Utilior saxis nostra papyrus erit.

eis tiv̄ iſópias tūs Auȳasns tān tauρiγ̄n. Φιλιβέρτες Πιγγωνίς, Βάρονος
τῆς Κεσίανης. Κλαυδίος τῆς γειχάρδης σαυραμβέρτης.

Οὐλβίος ὁ περ ἔδοκετ ἐπὶ δαφνῖος. Αὐτόλλω
ἀδειηκού μεσῆν ἀξιάθ' ἡγεμόνων.
Οὐλβίος ὁ τε δίκαια θέμις, θέμις τε νοῦσαι,
ὧσε διακρίνειν οἵ τε παρὰ ἡγεμόσιν.
Οὐλβίος οὐδεποτὲ δ' αὖτε χαρίσατο κλέα
κλευγὰς συγγράψαι πρήξας ἡγεμόνων.
Αλλὰ τρισόλβιος φύγεις ἐκατος, θέμις, οὐδέ τε κλέα
Συνθέναι τελέως τὰ τρία τὰντ' ἔπορεν.

A V D I T S E I G . B A R O N D E C V S I
P A R C L A V D E G V I C H A R D .
S O N E T .



E peintre industrieux touiuors sous le pinceau
Ne tient des preux guerriers les superbes Trofées .
Touiuors le fier combat des acrazés Tyfées ,
Ou le protret d'un Dieu n'anoblit son tableau :
Il donne quelque fois relache à son cerueau .
Et d'une artiste mein , de couleurs de robées
A ouurages plus grands , entretient ses pensées ,
Trassant ores un champ , ores un cler ruisseau .
Ainsi , emblant tes dois d'un tableau plus parfet ,
Où tu nous peins au vif les hauts fets de noz Princes ,
Et leurs braues éplois es extranges prouincees ,
Tu nous fés de Turin voir le premier protret .
Protret qui tes vertus cleres fet apparoitre ,
Te baillant d'un seul tret comm' Appelle à conoitre .

AD SERENISSIMVM
P E D E M O N T I V M
P R I N C I P E M,
C A R O L V M E M A N V E L E M
A S A B A V D I A,

EM. PHILIBERTI SAB. D. INVICT. FILIVM
CAROLVS EMANVEL à Pingon SS. Mauritij,
& Lazari Miles.

S. D.



*V*M libros inter liberos pater meus partiretur,
(Amplissimè princeps,) hic mihi liber Augustæ
Taurinorum obuenit, & meo quidem iure, quod
in ea ciuitate natus, in ea educatus fucrim. Quod
uerò hic à te nomen in sacris undis sumpserim, &
militari sacroq; cingulo sim ornatus, ac inter pre-
textatos tuos aſſeclas ab ineunte prima aetate admissus, hoc tibi pri-
mum munus consecrare debeo, idq; potius, uiuente parente, quam
hereditatis tempore expectato. Non probaturus est fortasse pater,
qui quod scribit cœlare consuevit, nullam satis unquam maturita-
tem scriptis contingere posse existimans, aſſidue quidpiam inducit,
expungit, oblitterat, nunquam extreman apponit manum, dum
diem diei magistram, dum nonum annum expectari, cum Flacco,
in ore semper habet. Quod si id probes, qui ingeniorum nostri ſecu-
li flos, & uertex exurgis; quidni non probaturus est pater? Immo
uero institutum meum probabit, cum à te probari ſentiet, quod
unum omnium maxime expetit, & ad alia adenda opera, qua iam
dudum parturit inuitabitur. Astam, Vercellas, Niciam, Augu-
ſtam prætoriam, & ſuum natale Camberium meditatur, hocque ſi-
ne fuco concifo genere dicendi, quo & mixta uarietas tedium leua-
re, & prolata autoritas dubium ſummonere poterit. Ceterum ma-
ius opus & tua historia, & antiquitatis Allobrogum, & alterius ar-

gumenti,

gumenti, silique est aliquando in lucem emissurus, Ego uero quan-
diu ab armis (quibus sum deuotus) feriari potero, hac litera-
rum paterna uestigia, ita sequi conabor, ut utroque tem-
pore & tibi inferuiam, & Taurino patriæ meæ
non inutilis fuisse ciuis uidear, Vale, ui-
tissime.

Ex Augusta tua Taurinorum
Kalen. Aug.

M D L X X V I I.



BEROLDVS PINGONIVS. PHILIB. FILIVS.

Ad Ciueis.

Nudius ornatis quod tertius urbe parentem,
Vester ob id ciuis dicitur esse nouus.
Si uero cines uestros ab origine prima
Suscitat, inter eos qui nouus esse potest?


LUDOVICUS PIN^YGONIUS. PHILIB. FILIUS.


Ad Lectorem.

POST incendia, post neces, ruinas,
Post casus uarios, motusque rerum,
Hanc nunc natam iterum esse ciuitatem,
Tantis culminibus Palatiorum,
Quae struxere recens pecuniosi,
Quis non dixerit? Et stupore clamet,
Taurina speciosius quid urbe est?
Sed qui scripta leget mei parentis.
Taurina genitus licet sim in urbe.
Taurinum mihi dicet esse fratrem,
Communemque sibi meum parentem.

Ιλέρινοι βιαντεῖς Ταύρινοι τετραβίχοι.

Η μεγάλοισι λέσσοι τετυγμένα τείχε, ἀπέρι
Ταύρινοι, οἱ ἐχθροί, μηδολεροὶ σ' ἔλοισι
Ηδ' ὄλιγων σελίδων σύμπτηξις μήχεα φαύλαι
Σοὶ, καὶ βασκάνων, κῆρά τε ἀπαμνεῖ.





F. I O. A M B R O S I I
B A R B A V A R I A E.

MOENibus inuictam *EMANUEL*, Pingonius inde
 Æternam calamo te dabit eſe ſuo.
Vive Philibertis fælix, AUGUSTA duobus.
Non poteras scribi, nobilius ve regi.

PHILIBERTI PINGONII SABAVDI.

AVGVSTA TAVRINORVM.



Non ante Romanam conditam Dicitur CCCIX. ante CHRISTVM natum Mille Dicitur XXIX. circa Mo-
sis & Pharaonis tempora, regnauit Eridanus
sive, Phaethon, qui e Gracia, vel (ut alij) ex Aegy-
pto in Italiam colonias deduxit ad Lygures, inq;
ripis Padi fluminis, ex eius repentino lapsu, susci-
tatis flammis, erectus demortuo tumulus, flumi-
ni nomen Eridani datum, qui fluuiorum rex dictus, & loco condita
ciuitas, caput gentis, quae primum Eridana; sive Phaethontia vocata.
Sicuti mox a Genuino Phaethontis filio, Genua fundata denomina-
taq;. Denique, quod non multo post Cecrops Diphyes dictus, pri-
mum immolare Taurum Ioui coepit, seu quod per ea tempora Iupiter
Io Inachi filiae mistus est, quae in Taurum versa, ac sub Isidis nomine
post mortem culta (sub quibus inuolucris rerum cognitio prisca la-
tuit) Seu quod Italia olim Apennina, et Taurina dicta, & quod ma-
gna omnia Tauros nuncuparunt veteres, taurum pro religione impi-
mis hec vrbs habere voluit, quae ab Alpibus Italiæ primùm occurrit;
acideò Taurina dicta Ciuitas, Tauriniq. Populi, sub quibus Salassi.
Atq. ita longè, ac latè eius protendebatur imperium, vt etiam Aquen-
ses Stateliorum Taurini cognominarentur, quasi antiqua Lygufum
stirpe. Alij altius a Lamisone uno ex Noëmi nepotibus deducunt, qui
tractum inter Padum & Ticinum occuparit, & à se Lamisonem appelle-
larit, quæ voce gentis lingua Taurus significabatur, vnde Taurini. Alij
propinquius à Massiliensi Tauroinsigni, cuius gentis sit Colonia Tau-
rinum denominarunt; vel ab Eridano illic gemina cornua vultu Tau-
rino reddente, sic enim Taurorum specie, (cornibus inquam) flumi-
num simulachra efformabantur.

ANNO.

ANNO ante Romanam conditam CCCLXXXIX. ante CHRISTI

Manethon.
Metastenes.
Io. Annius.
Diodorus Si-
culus lib. c.
c.9.
Bonaëtura
Castilio in
Insubria

aduentum M C I X. circa Aeneæ Syluij Latinorum regis tempora, Tyr-
reni siue alio nomine Thusci, quorum rex Pipinus, tum Nicius, atq;
alij, hunc Alpium tractum, ac proinde Taurinos tenuerunt.

A N N O *

Liuius lib. 5.
& Beatus
Renatus
in eum

A N N O ab Vrbe condita C L X V I I . ante C H R I S T V M natum
D C I X . Prisco Tarquinio regnante, Bellouëfus Celtarum princeps,
ingentibus peditum, & equitum copijs, per Salios, Massiliensesque
transgrediens, & saltus Alpis Iuliæ, (quæ tandem sic a foro Iulij deno-
minata) in Italiam migratus, ad Taurinos descendit, in hacq; ciuitate
primum consedit, Gallorum nomen plantauit, Thuscos acie non pro-
cul Ticinio flumine fudit, Mediolanum ita de fundauit, aliasq; nobilissimas ciuitates.

A N N O .

Polib. lib. 2.

A N N O ab Vrb. cond. D X X I . ante C H R I S T V M natum C C X X X I I I .
Congolitanus, & Aneroëstus Allobrogum reges, qui trans Alpes ad
Rhodanum habitabant, Taurinis imperarunt, & cum Gessatis Roma-
nos superarunt apud Tholamonem Thusciæ vrbe, Taurinis a fron-
te constitutis, aduersus C. Atilium, qui temerè, & audacter dimicans
occiditur, caputq; eius ad ipsos reges defertur, licet postmodum illis
infelicius successerit.

A N N O .

Polybius
lib. 3.

A N N O ab Vrb. cond. D X X V . ante C H R I S T V M natum C C X X I X .
Taurinenses aduersus Insubres diutinum bellum mouerant, neque satis
credere fidei Carthaginem videbantur, qui in amicitiam & socie-
tatem ipsos Taurinenses prouocare tentabant.

A N N O .

Polybius
cod.
Liuius lib. 12.
Glareanus in
eum.
Plin. lib. 12.
Strabo lib. 4.
in fin.
Plutarchus
in Vit.

A N N O ab Vrbe condita D X X V . ante C H R I S T V M natum
C C X X I X . secundo bello Punico, Annibal postq; Brancum Allobrogum
regem cum altero fratre de regno dissidentem conciliauit, superatis
Alpibus, & rupe aceto aperta, Taurinum validissimam ciuitatem, quia

volentis

volentis in amicitiam non venerat, obfidentem obsedit, tandemq; ocu-
lo prius in ea expeditione, in Alpium traiectu amitto, nō sine clade ma-
xima expugnauit. Ipse enim Annibal, suo ore confessus est, triginta sex
millia hominum, ingentemq; numerum equorum, & aliorum iumento-
rum amisisse in Taurinos.

A N N O .

A N N O ab urbe condita D C X X X V I . ante C H R I S T V M natum C I . Marcus Aemilius Scaurus, cum magna intra Padum pars palu-
dibus obtineretur, per quas Annibal magnis difficultatibus olim iter
fecit in Thusciam, deductis ex Pado fossis, in Parmensium vsq; agrum,
paludes Taurinensisbus, alijsq; riparijs vrbibus exsiccauit, Hinc salu-
briorem oram, feraciores campos, & commodiores nauigationes red-
didit. Et alia publica opera preclara construxit.

A N N O .

A N N O ab urbe condita D C X C V . ante C H R I S T V M natum L I I . Galliæ Cisalpinæ imperium Iulio Cesarri decretum est, cum Illy-
rico, ac proinde Taurinos obtinuit.

A N N O .

A N N O ab urbe condita D C C V . ante C H R I S T V M natum X L I I . Iulius Cesar post initam dictaturam Taurinis, quasi de se benemeritis
ciuitatis ius dedit, ac post inde Romani ciues dicti, & colonia Iulij
vocitata, numismatibus in eius rei memoriam cufis, quæ Taurini in-
uenta sunt.



Am. Marcel-
linus lib. 15.
Silius Itali-
cus lib. 3.
Paul. Orosi⁹
lib. 4. cap. 14.
Panl. Diaconus lib. 3.
Blondus de
Longob.
Leander Al-
bertus.

Strabo li. v.

Dion. Cefsi⁹
lib. 38.
Plutarchus
in vita
Paul. Diaconus
lib. 6.

Dion. Cefsi⁹
lib. 41.
Caius secun-
dus.
Seb. Myster-
rus correct⁹.
Marmorum
inscriptio-
nes.
Amphiteatri
reliquia.

Numismata
argentea.

A N N O .

A N N O ab urbe condita D C C X I . ante C H R I S T V M natum
X X X V I . Triumuiratu Augusti Cesaris, Antonij, & Lepidi, Gallia hæc

Dion. lib. 46.
in fine.

Cisalpina inter cæteras, atq; ita Taurini populi Antonio obuenerunt, qui iam nomen togatę Gallię acceperant, quòd reliquis viderentur pacatores, quòdq; vrbanum Romanorum vestitum usurpassent.

A N N O

Messala Cor
uius in ora.
ad August.
Plin.lib.3.c
20.
Ex inscrip
tione arc
Secufini, &
alijs marmo
rum inscrip
tionibus.

A N N O ab vrbe condita DCCXIII. ante CHRISTVM natū XXXIIII. orto inter Antonium, Fuliamq; coniugem cum Cesarē dissidio, Cesar Gallię Togatę, ideoq; Taurinorū gazis etiam ex rebus sacrīs conflatis, exhaustos eos reliquit, ne eius regionis tuendę causa exercitus ali possent, cumq; Antonius adesse vellet, itinere prohibitus, apud Perusiam à Cesarē oppugnatur. Perque ea secula ipsi Cesarī S. P. Q. R. tropheā, & arcum triumphalem erexit. Quòd eius ductu, auspicijsq; gentes Alpinæ omnes, quæ à Marisupero ad inferum pertinebant, sub imperium populi Romani essent redactæ. Non adiectæ Cottianæ ciuitates XII. quæ non fuerunt hostiles.

A N N O

Dion.lib.31.
& 54.
Plin.lib.3.c
17.
Marmorū in
scriptiones.
Hubertus
Gothius in
Augusto.
Marcellinus
lib.15.

A N N O ab vrbe condita DCCXL. ante CHRISTI nativitatem XI. Cesar Octavius post Augusti cognomen assumptum, Augustaliaque instituta, hanc ciuitatē, inter cæteras Augustæ titulo insigniuit, quæ tūc ex XII. benemeritis ciuitatibus Cottij Allobrogum regis, Romanorumq; & Augusti recens facti amici, vna erat & potissima. Nisi dixeris Augustam etiam dictam quasi potiorem, & metropolim, ut aliarum provinciarum Augustæ dicebantur.

varia numis
mata.



A N N O

A N N O C H R I S T I XVII. Tiberius Cesar in Taurinæ ciuitatis memoriam, & Cottij amicitiam, numisma æneum tauro præpingui insigni-

insignitum cudi iussit, quod in ea ciuitate inter fodiendum repertum est.



Ex numisma
te, hac forma.

A N N O .

A N N O C H R I S T I x l v i. Claudio Imperator à Iulio Cæsare quartus, M. Iulium Cottium, Cottij filium regem salutauit, paternumq; principatum, quem ad Alpes sui nominis, & per Taurinos possidebat adauxit. Dion. li. 60.

A N N O .

A N N O a C H R I S T O nato L. Barnabas Christi discipulus, Mediolanum, & has cisalpinas regiones, ac proinde Taurinum, occidentemq; versus peragravit, atque ita eum primum religionis doctorem, & Episcopum nocte sunt. Postmodum ab Apostolis Cyprum missus, illic siue (vt alij vocant) Salamine dies clausit.

Nicephorus
Calistus li. 2.
c. 19.
Carol. Sigō.
lib. 1. de re-
gno Ital.

A N N O .

A N N O C H R I S T I l x v i. Nerone Imperatore, Taurini populi, ipsaq; ciuitas adhuc erat sub agro Ideomij, & Cottij regum Allobrogum, sub quibus etiam Pollentia, Albæ Pompeiae proxima. Et alia ex parte ad Alpes Cottij nominis vrbs Cottia, vulgo Coatia dicta, Gauio proxima, nunc pagus humilis, quæ Alpium etiam transitio.

Strabo li. 4.
Suetonius in
Tiberio.
Phil. Beroal.
in Suet.

A N N O .

A N N O C H R I S T I l x v i i. defuncto Cottio Allobrogum rege, eius regnum Nero in prouinciae formam rededit, & cum tandem

Strab. lib. 4.
Eusebius Cæ-
sar, in chron.

duas

duas tantum prouincias fecisset, vnam pontum Polemoniacum, alteram Cottiarum alpium esse voluit, quarum Taurinum caput.

A N N O .

Cornelius
Tacitus lib.
18.

Cornelius
Tacitus lib.
17.

A N N O C H R I S T I lxxxi. Vitellio Imperatore inter discordias Batauorum, Romanarumq; legionum, postquam prælum atrox inter eos in ea ciuitate exarsit, pars etiam eius ciuitatis, & coloniæ ignibus ambusta.

A N N O eodem Iunius Blæsus Lugdunensis Galliæ rector, cum Italica legione, & ala Taurina Lugdunum tendebat. Ut hinc patet educas militares alas Taurino, tanquam potentissimis, velocissimisque populis, qui circum legionum totius Italiae latera, alarum instar locarentur.

A N N O .

Ex numisma
te hac for-
ma.

A N N O C H R I S T I lxxxiiii. Vespesianus Cæsar in huius etiam ciuitatis dignam memoriam numisma argenteum cudi iussit.



A N N O .

Ex numisma
te.

A N N O C H R I S T I lxxv. Domitianus etiam Taurinam imaginem numismati æreo insculpsit.



A N N O .

A N N O C H R I S T I lxxvi. quinque Cœlio Allopiolo.

A N N O

ANNO CHRISTI C LXXXIII. Commodus Imperator numisma quoque hoc Taurini inuentum, in ciuitatis memoriam, deducta colonia cusit.



Ex numismate æreo.

ANNO.

ANNO CHRISTI CCCXI. Julianus Imperator postquam Constantino, qui apud Mopsucrenem, iuxta Tauri montis radices interierat successit, Taurini in æstiuis agens, taurum immolauit, plerosque premijs, & illecebris, quasi machinis à vera pietate auertit, numisfata, & monetas hac in ciuitate subtauri simulacro in memoriam reliquit.

Ioan. Bapt.
Eguatius in
Cæsaribus.



Ex æneo numismate eius seculi, hac forma.

ANNO.

ANNO CHRISTI CCCVI. XIII. Kal. Februarias Maximiano Cæsare sequente, decima persecutione Christiana à Nerone, cum clarissimi milites, ex Thebæa legione Agauni Allobrogum, Sedunorumve tractata, Solutor, Aduentor, & Octavius euassissent, Taurinumq; permultis christianis refertissimum confugissent, postremi duo à lictoribus intercepti martyrium subierunt, Primus vero Eporediæ ubi con fugerat, cecidit & martyr, translatus Taurinum à Iuliana matrona, hec tribus tumulum, & ædiculam posuit, quam postmodum Diuus Victor Taurinensis Antistes ædificijs, & censibus annuis adauxit. Et ad hæc usque tempora, Diuorum illa pia celebratur memoria.

Diuus Maximus in Homenijs.
Ex veteri manu scripto codice Ecclesiæ Taurinensis.
Ex historia Maximiani notarij eius temp.

ANNO.

ANNO

Gudentius
Merula.
Ex panegyri-
cis Latini Pa-
cati qui per-
ea tempora.

ANNO CHRISTI CCCXVIII. Constantinus Imperator in Ma-
xentium bella mouens, qui Taurinos inter ceteras prouincias occu-
parat, eo tandem superato hanc etiam ciuitatem expugnauit, & fe-
re euerit.



A N N O .

Eusebius in
chronico.

ANNO CHRISTI CCCXXI. pax Christianis à Constantino redi-
tetur, hinc Taurinensibus liberiora pietatis exercitia.

A N N O ..

Diuus Hiero-
nymus in
supplm.
Paulus Dia.
lib. II.
Ex marmo-
rum eo loci.
inuentorū
coniectura.

ANNO CHRISTI CCCXXXV. Edicto Constantini Idolo-
rum fana his qui Christo sacra facerent addicuntur. Hinc Taurinenses
commutatis Idolorum nominibus Christo, & eius sanctis templo dica-
runt. Hinc fanum Isidis Diuo Solutori : fanum Dianæ, Diuo Silue-
stri sacratur, sicque de ceteris, de quibus non ita constat.



A N N O .

Ammian.
Marcell. lib.
15.

ANNO CHRISTI CCCIV. mense Decembri, Julianus Impera-
tor in vxorem ducta Helena, Constatini magnifilia, Lumello Taurino s-
rectis itineribus cum uxore peruenit istic, aliquandiu commorato, de
Agrippina Colonia apud Germanias expugnata, & deleta tristis ad-
fertur Cesari nuncius, inde in Gallias profectus est.

ANNO CHRISTI CCCXI. Epiphanius Maximi-
nus.

Tomo pri-
mo concilio
rum.
Onuphrius
reponit sub
anno 395.
Ex notis cu-
iusdam vetu-
stissimi codi-
cis Bibliæ
templi Divi
Petri Gene-
ua.

ANNO CHRISTI CCCLXXXIX. x. Kal. Octobris, sedente Sy-
rio Pontifice Maximo, eoque praesente, & Ambrosio, tum Proculo
Episcopis Mediolanensibus, alijsque quam pluribus viris pijs, peritissi-
misque ad postulationem prouinciarum Galliæ, celebratum concilium
Taurini, quo inter cetera, Genevensis Ecclesia antiquissima, populo-
rum furoribus paulo ante oppressa in integrum restituta est, sedati po-
puli, designato proprio Episcopo. Idem nunc utinam euenerat.

A N N O .

O N I A

A N N O

ANNO CHRISTI CCCXCV. circa Honorij, & Arcadij tempora, Sarmatæ huic prouinciæ, ac longe lateque dominabantur, & vt per Gallias, vniuersamque Italiam, sic Taurini præfectum Sarmatarum constituerunt.

Ex libro No
titia orientis,
& occidentis.

A N N O .

ANNO CHRISTI CCCCX. Paschali die festo, Stilico deuictis Gotthis in Agro Polentino, multas etiam strages Taurinæ inflixit, vrbis expugnata, eius amplitudo comminuta, denuo instaurata, minore tamen quam prius esset ambitu, & quadrata forma. At Gotthi Romam capiunt, & deuastant.

Paul. Diac.
lib. 13.
Paul. Orof.
li. 7. cap. 37.
Aur. Prud.
Io. Magnus
lib. 17. ca. 9.
Iordanes re
rum Getic.
Gaud. Mer.
Celi^o secund.
Ex fundamé
tis mœn. et
fatorū inscrip.

A N N O .

ANNO CHRISTI CCCCXL. sub Leone Pontifice Maximo, & Valentiniano Imperatore, Taurini floruit Diuus Maximus ciuitatis Episcopus, qui de sacris rebus homilias, mirandaque scripsit volumina, & cum Eutyches hæresim suam spargere cœpisset, validissime occurrit.

Diu^o Cipri
nus in epist.
Philip. Ber
gomas.
Vicē. li. 19. c. 5
Leand. Albe.
Ioach. Vad.
in Epitome.
Cōr. Lycost.
in theatro.

A N N O .

ANNO CHRISTI CCCCLIII. Attila Hunnorum rex, flagellum Dei cognominatus, post direptam Aquileiam, Mediolanum, Ticinum, & alias Italæ ciuitates, Taurini etiam multas vastitates edidit.

Procopius
lib. 3. de bel.
Vandal.
Matt. Palm.
in suppl.

A N N O .

ANNO CHRISTI CCCCLXXV. Odoacerum fortissima Herulorum multitudine Italiam ingressus, victoque ad Ticinium Oroëste patricio, Augustuloque deposito, Italia potitur, Taurinosq; occupat.

Paulus Dia
lib. 16. in sup
plem. Trogi.

A N N O .

ANNO CHRISTI CCCCLXXX. Gundebaldus Burgundionum rex Gundiochi filius, inter Odoacris, & Theodorici socii Got-

Paulus Dia
conus li. 16.

Paradinus
lib. de antiquo statu
Burg.
Ex marmoreo sepulchro ad Diuinum Andream.

Paul. Diaconus lib. 16.
Mat. Palmerius in supplemento.

Procopius
lib. de bello Gottico, &
lib. 2. de bello Perlico.
Leonardus Aret. li. 2. de
bello Italico.
Palmerius.

Paul. Diaconus
Palmerius.

Idem.

Olaus Mag.
lib. 5.
Paradinus de antiquo
statu Burgundia.

Diagonus
lib. 17.

thorum regis dissidia cum ingenti exercitu Alpibus superatis, Subalpinos Taurinamque ciuitatem depredatus est.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C C C C L X X X V . Theodoricus Gotthorum rex occiso Odoacre, Italiae regno occupato, Taurinis dominatur.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D X X X I X . Vittiges Gotthorum rex, inter cæteras Italiae prouincias Cismontanam hanc, ac proinde Taurinum diu occupauit, pacisque conditionibus à Iustiniano Caesaræ oblatis, ea sola contentus fuerat, nisi Bellisarius technis præuenisset, captiuumque Constantinopolim duxisset.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D X L I I I . post Vittigem, subalpinis Taurinisque imperat Ildeboldus, qui eo anno perimitur.

A N N O C H R I S T I D X L I I I I . Errarius rex Gotthorum sufficitur. Qui mox occiditur. Tum Gothi Totilam regem creant, qui & Taurinis dominatur, perque totam grassatur Italiam, tandem à Narsete profligatus.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D L I I . Theobaldus Theodeberti Metenfium regis filius, in Italiam penetrauit, & vsus Bucellino, Amingo Lutherioque tribunis, ad primi motum tantum trepidationis incussum, ut Taurinam ciuitatem effusam occuparit, Astam denique, Vraia Gotthorum duce in fugam verso.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D L V I I . Sisualdus Brentorum rex, ex Herulorum

lorum stirpe, quos Odoacer aduexerat, Taurinis adhuc imperitans, à Theia Totilæ successore, de regno etiam contendente in angustias redactus, eam ciuitatem interceptam inter cæteras totam expilauit. Gotthi tandem à Narsete superati quietiorem eam reliquerant, nisi Nar-
ses meritò indignatus Longobardorū gentem è Pannonia aduocasset.

Blondus
lib.7.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D L X V I I I. Alboïnus Longobardorum rex Italiam ingressus Taurinos occupauit.

Diac.
Anastasius.
Onuphrius
Panui.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D L X X I I I. Clephis secundus Longobardorum rex Papiæ occiditur. dumq; interregnum per decem annos fit, Taurini Dux Agilulphus efficitur, ac triginta sex Duces per Italiā constituuntur.

Diaco-nus.
Ana-sta-sius.
Onuphrius.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D L X X V. tres Longobardorum Duces Amo, Zaban, & Rhodanus Italia egressi, duo quidem primi per Iuniperum montem, (sic hodie dictum) tertius per Cinisium Allobroges primum, tum Gallias deprædati sunt, & ne quidem templis, & sacriss locis peccerunt. Tunc Noualiciense monasterium euersum, Arnulphus vir sanctus maestatus, Monachi qui euadere potuerunt, in Taurinam ciuitatem confugerunt abbatte Boniso, qui quintus fuit à diuo Benedicto ordinis authore.

Ex notis No-
ualicie abba-
tiae.
Gregorius
Turonefisi.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D L X X X I X. Flavius Agilulphus Longobardorum rex Calendis Nouembris, in Lumello oppido proclamatur, quod à Theolinda Garibaldi Baïoarum regis filia, & Atharis Longobardi regis vidua in virum electus fuerit, cumque apud Taurinos, tunc in statu is essent, regiam in ea ciuitate stabilierunt. Hunc ex Arriano catholicum Regina pia reddidit, vniuersamque prouinciam pernitiosam expurgavit hæresi.

Diaco-nus.
Ana-sta-sius.
Onuphrius.
Volterra-
nus lib.7.
Nauclerus
Gen.24.
Gaud. Meru-
la.
Car. Sigó-
nius lib.1. re-
rum Ital.

Nauclerus.
Gen. 20.

E O A N N O Agilulphus captiuos, quos Childebertus rex Franco-
rum ex Tridentinis abduxerat, anno rependit, & missis ad Childeber-
tum Agnello Episcopo Taurinensi, & Ennio duce Tridentino pacem
ab eo obtinuit.

A N N O .

Diaconus.
Sigonius eo
dem.

A N N O C H R I S T I D C I I . autoribus Agilulpho, & Theodelinga
regibus, Diuio. Baptistæ templum Taurini, vt alijs in Longobardicis
ciuitatibus erigitur, eumque Diuum pro tutelari, & patrono inuoca-
re cœpit ea gens.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I D C I I I I . Flauius Adaualdus Agilulphi fil.
cum Theodelinga matre rex, Longobardorum Taurinum pro regia
habent.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I D C L I . Gundimberga Agilulphi filia, nupta
Rodoaldo Longobardorum regi, Taurini etiam vitam agit.

A N N O .

Iidem.
Sig.lib. 2.

A N N O C H R I S T I D C L V I . Aribertus Longobardorum rex
Taurinis quoq; imperat.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I D C L X I . Perharitus, & Gundebertus Ari-
berti filij patri succedunt, Taurinis imperant, Duce tamen Garibaldo
ciuitati constituto.

Iidem.

E O A N N O Gundebertus de regno cum fratre contendit, Tauri-
norum Ducem Garibaldum ad Grimoaldum Beneuentanum Ducem
petitum auxilium mittit, cumque in Gundeberti necem Taurinas ali-
quantum indignatus, & grandiori fratri affectus operam dedisset, ab
amico cæsi regis in paschate Garibaldus Taurini interfactus est, cui

Ragum-

Ragumbertus Gundeberti regis filius Dux Taurini succedit. Pertha-
ritus verò à Gromaldo expulsus Taurini excipitur, inde in Gallias ad
auxilia, à Francorum Rege comparanda tutò transiit.

Vincentius
lib. 20. c. 99.
paulo alitar.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D C C I I I I . Ragumbertus ex Duce Tauri-
nate Longobardorum Rex salutatur, Luithberto exacto.

P E R E O S A N N O S Hermundus. Ruuereus patricius Taurinensis
floruit, quem & proregem Ragumbertus rex constituit. Hic quercum
pro insigaibus gestabat, quæ ad hæc vsq; tempora gentilitij nepotes
Ruuereorum Taurini retinent. A quibus Pontifices Maximi duo, ple-
riique Antistites, Cardinales octo, Vrbini, & Soræ Duces, vrbis Ro-
mæ prefecti, olim Collegij, & Ciriaci, nunc Vicinoui, Riualbe, Cinza-
ni domini, Municipiorumque aliorum in Latio, & Lyguribus reguli
ciuitatis, & patriæ ornamenta.

Iidem.
Paulus Dia-
conus in hist.
Lōgobard.
Gaud. Meru-
la.
Ex notis ve-
tustissimis,
& archiuis
ciuitatis.
Ex scriptis
Iuli, Cesaris
Scaligeri Ve.
Ex cōmenta-
rijs trium sta-
tutum pa-
triæ Pedem.
Onuphrius
in XIIlo. 4.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D C C C V . Arupertus filius Ragumberti Tau-
rinatis in regnum succedit. Is Liperto Regi, (quem regno pater ex-
pulerat) seditionem redintegravit, & hostis declaratus, cum Asprando,
Rhotarioque auxiliaribus apud Papiam summo prælio decertauit:
victor Rhotarium captum in exilium apud Taurinos egit.

Paulus Dia-
conus ed.

A N N O.

A N N O C H R I S T I D C C L I I I . Pipinus Francorum rex, simul
& Stephanus Pontifex Max. postquam Maurianę aliquantum resedis-
sent, cum exercitu supetatis Alpibus Taurinum ingrediuntur, Astul-
phum Longobardorum Regem Francus fugat, Papiæ obsidet, & ad
pacis iustas conditiones adigit: In Gallias victor remeat.

Palmer.
Annales
Nic. Gill.
Sig. lib. 3,

A N N O.

A N N O C H R I S T I D C C L V . iterum Pipinus rex Alpes superat,
Taurinum ingreditur, Astulphumque domat, qui mox interiit.

Gilles.

A N N O.

A N N O

Ex notis eius
feculi Cœno-
bij Nouale-
fiani.

A N N O C C H R I S T I D C C L V I . Abbo Patricius Romanus natione Gallus, Felicis, & Rusticæ filius, Marronis, & Dodinæ nepos, cis transq; alpes potentissimus, Noualesianum cœnobiū in situ iacens, & iamdiu incultum, nouis ædificijs restituit, Valchino Archiepiscopo Ebrodunensi patruo curante, & Godonem abbatem instituit, quem Abbo alter sequutus, tum Ioseph, inde Guillelmus, mox Giraldus, deniq; Afenarius, & alij. Atque pinguibus prouentibus per vallem Secu siam, & ad agrum vsq; Taurinensem locus adauctus est.

A N N O .

Iidem.
Io. Cuspinius.

Eginardus.
Caroli scri-
ba.

Donatus Ac-
ciaulus in vi-
ta.

Ex notis No-
ualensis
coenobij.

Vincentius
li. 20. c. 55. &
li. 24. ca. 169.

Nauclerus
gen. 26.

Paulus Ae-
milius lib. 2.

Albertus
Crantius li.
2. Sax. c. 1. &
in Dania.

Platina in
Adriano &
Leodio,
Lugdunum
ait.

Ex eisdē no-
tis Nouale-
fia.

Io. Feron. in
catalogo Ce-
nestabilium
Franciæ.

A N N O C H R I S T I D C C L X X I I I . Carolus Magnus Pipini filius, precibus Hadriani Pontificis euocatus, Geneuæ Allobrogum aliquandiu de bello liberat, mox Italianam magnis ingreditur copijs: per Montem Iouis, perque Cinitium diuisis, ut Desiderium Ecclesiæ hostem comprimeret. Ille collectum exercitum, Augustam prætoriam & Taurinum contendere iubet, Dum Cinitio transit, & Noualesiano cœnobio aliquandiu residet, ab Afenario abbe exceptus est. Murum erigi quamprimum è contra Desiderius in valle Secusina iubet à monte Prociano ad Caprium, quo inclusus Carolus, per montis compendia, & crepidines, arte cuiusdam circulatoris in Gauium pagum descendit, & à tergo Desiderium adoritur, qui elapsus est. At vero Taurinum Francus ingreditur, illic q; aliquot diebus refecto milite hostem ex agro Vercellensi fugat, Papiam usque persequitur, obsidet, expugnat. Mensē Maio victū, vincitumq; exilio mulcat perpetuo, Leodium Eburonum relegatur. Hic Longobardici regni finis in Italia, postquam per ducentum, & sex annos ipsa sat nimium Barbarorum iugum serua subie rat.

E O A N N O Idem Carolus Magnus de Longobardicis oris triumphans, cum in Gallias rediens, illis prospicere vellet, earum administrationem, & curam proceribus aliquot Franci generis (quibus imprimis confidebat) detulit. Abboni iam illic autoritatem nacto, Secusiæ tractus ad Taurinos usque datus, à cuius Sobole Secusini tandem marchiones, quasi Italique portæ custodes. Protodus Gamachiae stirpis in Gallia clarissime, Salutarum marchio effectus, à quo & Marchionum posteritas, eiusdem stemmatis, partiti, in qua scuti cerulei, argenteique.

A N N O .

ANNO CHRISTI D C C L X X X. cum etiam Mamfredus quidam ex Castellæ principibus oriundus, gygantea statura, (vt cuius pes cubitalis esset) Carolum magnum in ea expeditione sequutus fuisse, & filios duos haberet, Frodinum, & Theudaldum; illum Asenario abbatii sacris instituendum dedit, qui tandem, & ipse abbas sanctitate insignis extitit, hunc ducta Honoria tertia Abbonis patricij filia, Secusiae reliquit, & Secusinus dictus. Stemma vero turritum (quod ex Castellanis occiduis prodijisset) retinuit.

Ex eodem
notis.

A N N O .

ANNO CHRISTI D C C L X X I X. idem Abbo patricius capulo proximus, quod & filium Riculfum amisisset, absoluto Noualeciano templo, & edificijs, accrescente piorum virorum coetu, testamentum condidit, quo maiore patrionij portione monasterium hæredem instituit. Eorum quæ in valle Maurigenie (nunc Mauriana dicta) & Grationopolitana, Mataense, Ebredunense, Arelatense, Tolonense, & alijs aliquot regionibus Gallicis possidebat, & quorundam etiam in Italia. Cætera Vapponicæ, Sigistertij, Regæsis agri, dat Virgiliæ filiæ. Secundæ non meminit. Tertiæ vero Honoriæ, quæ apud Secusinos, & Taurinenses erant reliquit, & quæ prius Riculfo filio iam olim donarat.

Ex testamen
to dato anno
regi Caroli
xxj. tertio no
nas Maias p
Lidybertum
clericum scri
pto.

A N N O .

ANNO CHRISTI D C C X C V. Theudaldo defuncto, Dodus filius succedit, à Carolo magno Marchio confirmatus, qui Taurinenses etiam regit.

A N N O .

ANNO CHRISTI D C C C. Carolus Magnus Romanorum Imperator Romæ inauguratur, & apud Taurinos rediens aliquandiu refedit.

Ex notis No
ualefij, &
Secusinis.

Sig.lib.4.

A N N O .

Idem.

ANNO CHRISTI D C C C X V. Ludouicus Imperator.

A N N O .

Idem.

ANNO CHRISTI D C C C X X I I I. Lotharius item Imperator.

ANNO

ANNO

Idem Sig.
lib.4.
Ex scriptis
ipius Clau-
dij Tauriné-
sis.
Verbamet
Claudij.

A N N O C H R I S T I D C C C X X V . Sarraceni infestis incurso-
nibus adeo Italiæ littora lacerarunt, vt etiam Episcopi ire ad ea de-
fendenda compulsi fuerint, interq; cæteros Claudius Taurinensis Epi-
scopus ineunte vere ad eos summouendos cum instructa Taurinen-
sium acie accurrit, neque magis calamo, quæm gladio studuit.

A N N O .

Ex notis No-
ualefij.

A N N O C H R I S T I D C C C X X I X . Herigarius Dodonis mar-
chionis, & Dodæ filius patri Secusiaæ, & Taurinis succedit. Venesium
cum locis montanis Cœnobio Noualiensi confert.

A N N O .

Sig.lib.5.

A N N O C H R I S T I D C C C X L I X . Ludouicus Pius Lotharij filius
Italis imperat cui Taurinates paruere.

A N N O .

Ex tabulario
Ecccl. Taur.

A N N O C H R I S T I D C C C I X X I I I . sedit Taurini Claudius 2.
Episcopus.

A N N O .

Giles in An-
nal.
Ex inscri-
ptione, & ta-
bula in Aede
Nantuaci.
Varias Paul
Aemilius.
Ex eisdē no-
tis Nouali-
sibus.

A N N O C H R I S T I D C C C L X X V . Carolus Caluus ad imperium
electus, qui Italia rediens, & vxore, (quæ Maurianæ erat) secum addu-
cta, apud Brionam arcem iuxta Nautuacum Sabaudiæ dies clausit.

Eo anno defuncto Herigario Marchione Dodonis filio, succe-
dit Mamfredus, quem ex Lea vxore suscepit. Hic etiam comes Palatijs
dictus, multa prædia Noualiensibus, Abbe Heirardo contulit, & Tau-
rinensia tempora restaurauit.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I D C C C L X X V I I I . successit Ludouicus Bal-
bus Imperator.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I D C C C L X X X I . insequitur Carolus Crassus
Imperator.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D C C C X X X V I I I . extincto Francorum in Italia Imperio, Berengarius Italus Italis imperat, Moxque Vido Berengarium expellit, quiinde ab Othono Saxoniæ Duce restituitur, ac Vidone mortuo cum Lamberto eius filio decertat.

Idem.

A N N O .

A N N O C H R I S T I D C C C X C V . defunctus Mamfredus Marchio successorem Annonem filium habuit, qui Taurinis quoque dominatus est.

Ex notis Se
cuginis, &
Taurinensi-
bus.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C M I . Ludouicus Anulphi Cesarii filius Italiam in Berengarium ingreditur, rerumq; potitur, inde à Berengario receptum regnum, capto, & excēcato Ludouico.

Idem.

A N N O e o d e m defuncto Claudio secundo Episcopo Taurinensi succedit Vullielmus vir doctissimus, qui gesta diui Solutoris, & aliquot Thæbeorum martyrum conscripsit, ossa diui Secundi eius sacre legionis strenui militis Taurinū trāstulit, ī tēplo diui Ioānis reposita.

Ex notis No
ualicix.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C M V I . grassantibus Saracenis, qui fraxinetō egressi fuerant, Dommontius abbas Noualiciensis cœnobio egressus, vt alij quotquot, qui in agris minus tuti videbantur, Taurinum cum sarcinis ingentibus auffugiunt, octo plausta onusta ē Noualecio mittuntur, sex mille sex centum & sexaginta sex libri illius bibliothecę numerantur, signa, statuae aureae, argenteae, & Diuorum reliquie innumerae. In templo diui Andreæ, & Clementis cœnobitæ illi excepti sunt, quod templum ē regione Arcis portæ Secusinæ situm erat. monasterium vero Noualiciense ab impijs hostibus combustum, necati qui illic remanserant.

Ex eisdem
notis.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C M X . cum Ardoinus Ardij siue Dodi filius

D Tauri-

Ex eisdem
notis.

Taurinum expulso Annōne occupasset, & aliquot Saracenos milites bello captos in ciuitate retineret, hi intempestā nocte monasteriū diuī Andreæ pōnē castrum combusserunt, vix euaserunt monachi: Bibliotheca vero fere tota flammis consumpta: Quingentos tamen libros Riculphus prēpositus Ecclesiæ Taurinensis paulo ante retraxerat.

A N N O .

Iidem.
Onuphrius.
Sig.lib.6.

A N N O C H R I S T I C M X X I I . mense Ianuario Rodolphus Conradi filius rex Burgundiæ, Italie etiam proclamatur in Berengarium. Denique Taurinorum supremo potitur imperio.

A N N O .

Iidem.

A N N O C M X X I I I . obijt Domuntius abbas, cui Belegrimus succedit, & ab Annone ciuitati restituto, donatur alio templo diuo etiam Andreæ sacro ad ciuitatis mœnia, & portam Comitalem. Ardoinus propulsatus apud Secusiam, & Noualitium, Rogieriusque frater palantes feruntur.

A N N O .

Iidem.

A N N O C M X X V I . Hugo Arelatensium Comes, Lotharij comitis Prouinciæ filius, fugato Rodolpho, Italie regnum arripit, Taurinum adipiscitur.

A N N O .

Ex notis No
ualicien.

A N N O C M X X V I I I . post Vullielmum Episcopum, succedit Riculphus, qui antea prēpositus eius Ecclesiæ.

A N N O .

Iidem.

A N N O C M X X X I I . Lotharius Hugonis filius ad regnum illud à patre adsciscitur.

A N N O .

A N N O C M L . Berengarius Adelberti filius, Anſca-
rij

rij Marchionum Eporediæ nepos, Lothario, & Hugone deturbatis in Italia regnat, vna cum Adelberto filio, & Taurinis potiuntur.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C M L X I I . Otho Henrici Aucupis Saxonis Cæsar is filius Italiæ rex, ac Imperator Romæ inauguratur. Tuncq; primum Eporædicis Marchionibus expulsis, Saxones Germaniq; harum orarū potentes extitere: Et ab hoc Cæsare recta linea nostri Sabaudiæ Duces prodijssse videbuntur, vt maternū genus à Secusiniis heroib' traxerunt. Is primū hac in ciuitate inter ceteras Italiæ, eā reipublice rationē instituit, vt tribus administraretur consilijs, quæ speciale, generale, & credentie consilia dixere. Conseruatorem vero priuilegiorum, siue Capitaneum, (vt aiunt) Taurinenses habuere eum Annōem Secusię Marchionem. Idq; factum rationibus quibus diximus, quod iam satis ex Caroli magni placitis præcesset, siue quod is ciuis Taurinensis, & senior potentior que, siue quod prouincia alpium Cottiarum dominaretur. Cui paulo post successit Hieronymus filius, qui & Magnifredus vocabatur.

A N N O .

A N N O C H R I S T I C M L X V I . mortuo Riculpho Episcopo, vocatur Annuco vigilantissimus.

E O A N N O Hugo Marinus Aluernus vir primæ nobilitatis Montis Buceri regulus, cum Ysengarda coniuge Ronia redeuntes (quam pietatis causa petierant) magno sumptu, magnis effusis thesauris templum diuino Michaeli ad montem Caprasium extruxerūt, Annucone Episcopo permittente, immunitatemq; cōcedente, cui primum Abbatem Aduerūt constituerūt Ioanne xiiii. Romæ sedente, & confirmante. Quod temp̄ plum aliquot post annis, Siluestro secundo iubente ædificijs exornauit Ioannes ex Archiepiscopo Rauennate Heremita factus. Sed paratistignis & maceria, miraculo insigni, translata omnia in alteram montis partem, vbi olim Pyrghiriana ciuitas, ab Alpibus duodecim millibus distans, idq; columbæ ministerio factū veteres ferunt, & in somnis monuisse Angelum, vt eo loci ædificaret, quod Ioannes fecit, Annuco nēm Episcopum monuit, qui Auillianam accedens ad templi consecrationem, trabem flammeam vidi superfulgere, columbamq; quasi è cœlo missam s̄p̄ius circumambire. Locus consecratus miraculis diu clariuit, & ab Arduino rege nouissimis suis diebus, tum à Sabaudis principibus oppidis auctus, ornatus, ditatusq;.

A N N O C H R I S T I C M L X V I I . Hieronymus Magnifredus Annonis filius patri apud Secusinos succedit, & Taurinos moderatur.

Iidem.

Io. Cuspinianus.

Sig.lib.7.

Ex diplomatis Secusiniis & Ecclesiæ Taurin.

Ex notis Ecclesiæ.

Ex tabulis fundationis eius templi.

Ex attestatiōnibus Annūconis Episc.

Ex tabulario abbatiē Secusini & Taurinensis.

Ex eisdem.

A N N O C H R I S T I C M L X X X I I I . Otho secundus, Othonis primi filius Imperator Romanorum, post mortem patris Italiam precepit.

A N N O .

Ex eisdem.

A N N O C H R I S T I C M L X X X I I I . successit Otho Tertius secundi filius, Romae Imperator, qui in Italiam tertio traiecit, rerumq; late potius est.

A N N O .Ex notis No
ualiciorum.

A N N O C H R I S T I C M L X X X I V . mortuo Hieronymo Marchione, succedit Magnifredus qui & Olricus dictus, Marchio Secusinæ. Is ducta Berta Augberti Marchionis Eporediæ filia, controuersias veteres cum Ardoino vxoris patruo sedauit, cumque altero Ardoino Ardoini filio.

Ex eisdem
notis.

A N N O C H R I S T I C M L X X X V I I . Geson Nouolesiensis abbas, pace sic inter principes viros icta, Noualesiā restaurauit & dificijs, illucque cum monachis relicto Taurino redijt. Atq; ita cœnobij dignitate restituta, plurimorum pijs legatis cumulantur redditus. extant inter cetera Odonis, & Vindonis Bertæ fratum, donationes non modicæ.

A N N O .Iacobus
Bergomas.


A N N O C H R I S T I C M X C V I I I . sedente Pontifice Siluestro, & Episcopo Taurinensi Annuncone, Episcopatus Secusinus suppressus est, quod à Secusinis eorum Episcopus dignitate (vt ferunt, mihi non ita certa res est) abutens occisus foret, vnitaque ea dioecesis Taurinensi Ecclesiæ.

Raph. Vo
later.lib.3.
Christoph.
Millæus in
cōfisi. histor.
Renanus li.
2. rerū Ger.
Lasius li. 9.
& 12. de mi
grat.gen.
Rob. Goule
tus in cōpē.
sex. ætatum.
Pe. Cara ora
tor ad Alexā
drum. 6.

Eo ANNO Annuncone defuncto Episcopus statuitur Amiso. Eo ANNO BEROLDVS Saxo, Hugonis Saxoniæ Ducis filius, ab Othone tertio patruo (qui tunc ad Italicas expeditiones se parabat, vt Gregorium V. Pontificem, gentilem suum sedi restitueret, ac Crescentium Tyrannum reprimeret, Bosoni Arelatensem, Rodolphoque Burgundionum regibus, in Genuenses cis transque Alpes gradiantes adesse nō poterat,) Is inquam Saxo nepos Cesareus mittitur, qui hostiles conatus dissipauit, Allobrogos Sabaudieque populos recipit, Magnifredum Marchionem Secusinum post varios motus, ad Alpes Cottias vicit, earumque tandem regionum arbitrum, & mo-

deratorem

deratorem Humbertum filium, pace contracta (vt videbimus) reliquit: inq; suos cum lato imperio approbantibus Cesaribus fœliciter transmisit, Quos Sabaudiæ Duces ad hæc usque tempora hinc, illincque florentissimos peruenisse suspicimus. At pulsus marchio Magnifredus Taurinum confudit.



Valer. Anse.
Ber. Peres
Vargas, his.
Annales ma-
nu scripti.
Dom. Ma-
chaneus.
Iac. Delexi.
Symphor.
Campeius.
Peronetus
de Pino.
Musingius.
Paradi. duo
Ex archiis
& diploma-
tibus notis-
que vetustis
fimis.
Numismat.
& monetis.

Ex diploma-
te. dato Pap.
Kal. Sep. co-
anno ind. 12
reg. 14. impe-
rij. 3.

E O ANNO Kalendis Septembris, idem Imperator Papiam venit, ubi inter cetera, Taurinensi Episcopo Amisoni, qui Annunconi succederat, concessit valles duas Varactanam, & Sturianam cum Clusiatico, & adiacentibus. Idque precibus Anardi Marchionis, Cæsaris summi consiliarij, & Heriberti etiam consiliarij interuentu.

ANNO.

A N N O C H R I S T I, M I. Amisone Episcopo defuncto, successit Gezo Episcopus pietate clarus.

A N N O C H R I S T I, M II. Ardoinus Eporædiæ Marchio, Ardoi ni filius, Ardionis, siue Dodonis nepos, Berengarij ite regis pronepos, Adelberti abnepos, rex Italiæ ab Italix Papiæ salutatur, reclamante Arnulpho Mediolanensi Archiepiscopo, accitoque Henrico Saxone Cæsare, qui primo congressu ad Alpes in campo Fabriæ ab Ardoino repellitur. Huic itaque Taurini aliquandiu paruerunt. Is autem profitebatur viuere se lege Salica.

Ex tabula-
rio Abbatia-
sancti Mi-
chaelis Clu-
sini.
Sig. lib. 3.
Ex historia
veteri manu
scripta Fru-
ctuar. cœ-
nobij.
Ex Archiis
Ducal.

ANNO.

A N N O C H R I S T I M VI. Gezo Episcopus Taurinensis, ob bella assidua, quibus vniuersa hæc prouincia vexabatur, consilio habi-

Ex archiuo
abbatiæ Clu-
sini.

to cū suis, etiā ciuibus contulit abbatis sancti Michaelis Clusini, quæ ante possidebat ipse Episcopus apud oppida sancti Ambrosij, Casellas, Alpinianum, Clufas, Noualesiam, & Vallem Clusinam, ut rei Diuinæ, maiore viciniæ commoditate inferuiren.

Ex notis No
ualesia.

A N N O C H R I S T I M V I I I. magna dissidia inter Magnifredum Marchionem, & Arduinum suscitata, ob Bremetensis abbatiæ collationem, quæ à Noualesiensis dependebat, cum Magnifredus Gotofredum Abbatem tueretur, Arduinus Oddonem alium intruderet, vicit Gottofredi causa, Ioanne etiam Pontifice max. xviii. autoritatem interpolente. Ita ut supplex Oddo peccati veniam à Magnifredo petierit, & se Gotofredo abbatil legitimo submiserit, tenuiore sacerdotio contentus.

A N N O .



Ex tabulario
Clusino.

A N N O C H R I S T I M x. defuncto Gezone Episcopo Taurinensi, succedit Landulphus. Qui etiam ob bellorum iniurias desolato templo, & prioratu Caburri, istud perpetuo iure confert Hermengardo abbatil Clusino, ut ad restorationem commodius promptiusq; vacet.

A N N O .

Cuspinianus
Sigonius
Ex archi.
eisdem.

A N N O C H R I S T I M x i i i. Henricus Saxo Henrici Hezeli Bauiaræ Ducus filius, in Ardoinum secundiore bello pugnat iterum ad Canapitium, astante Beroldo Saxone gentili suo, qui victoriarum particeps fuit. Arduinus siquidē funditur, loco deiectus, Secusiā (quam affinis, & socius Magnifredus Marchio receperat, & quietior adhuc incolebat) se se cōfert; Henricus rex Italæ Mediolani sumpta corona ferrea confirmatur, Taurinis proinde dominatur, Magnifredo aliquandiu deturbato.

Ex archiuis,
& notis vetu
stissimis.

A N N O C H R I S T I M x i i i i. Beroldus Saxo Sabaudiæ Maurianeq; princeps, cū Humberto filio, suscitatis nouis prælijs in Magnifredum marchionē, eū ad pacis cōditiones adegerunt, & ducta ab Humberto Adelasia Marchionis filia, in successionē is vocatur, atq; ita annuente Cæsare Taurinensem agrum tādē post Socerum adipiscitur.

Ex tabulario
Clusino.

Eo anno post obitum Landulphi Episcopi Taurinensis, assumitur Maynardus, qui decessoris gesta in abbatis Clusini gratiam confirmat, ut maxime Caburrensem prioratum collapsum restauraret, & perpetuo possideret.

A N N O C H R I S T I M x v . Ardoinus Henrici Cæsaris (qui in Germaniam migrarat) absentia electus, Eporediam quæ electus erat recuperat. atque ea egressus Vercellas, Astam aliasque ciuitates occupat. Alricum Magnifredi Marchionis Secusini fratrem Astensi donat Episcopatu, inscio spredoq; Arnulpho Mediolanensi Archiepisco po, qui armata manu Astam expugnat, & ad ditionem Alricum Episcopum eiusque fautorescogit.

Ex archiuis
& notis ve-
tustis.
Ex diploma-
te fundat,
& notis Fru-
ctuariisbus.
Sig.lib.8.

A N N O C H R I S T I M x vi . Ardoinus rex indignatus quidem, sed ad Superos recurrens, se se regno vltro abdicat, Henrico cedit, Fru-
ctuariensi cœnobio (quod superioribus annis pro Vullielmo filio con-
struxerat) se deuouet, cœlestiq; quadam inspiratione monitus, inter ce-
tera templa Virgini Mariæ Consolatæ èdem Taurini ad pomerium ci-
uitatis non multo post erexit, Quibus sacris rite dicatis, Benedictus
octauus Pontifex priuilegia plurima indulxit, Maynardo Taurinensi
tunc Episcopo, qui Amisonem subsequutus est.

Ex eodem,
& ex pontifi-
cio diploma-
te.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M x v i i i . secundo die Martij, Ardoinus mor-
tem obiit Valperiæ, sepultus in Fructuariensi cœnobio (etsi alij in Ab-
batia Grazani Albensis diocesis asserant) ad Aram diui Io. Baptiste, re-
licto Guidone, Regio, Othono. A quibus Valperiæ, Sancti Martini, &
Castrimontis comites deriuati, Sabaudis Ducibus parere pergunt.

Ex notis
Fructuar.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M x x i i . Henricus Imperator in Longobar-
diam emensis Alpibus descendit, Taurinumque ingreditur, Piligrino
Coloniensi, & Popone Aquileiensi præsulibus comitantibus.

Sigoni' cod.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M x x v i i . mortuo Gothofredo abbate
Noualesiensi, qui Gesoni successerat, Odillo Cluniacensis, Odillonis ne-
pos Abbatia inuasit, præter antiquum morem electionis, & à Conrado
Cesare Romæ confirmatur. Huc quoq; Magnifredus marchio, quæ Tau-
rini residentem adiit, consilio Alrici præsulis Astensis confirmavit, re-
clamantibus licet monachis quibus ciues Taurinenses fauebant, quos
tamen Marchio armato milite repressit: at Odillo ab Episcopo Lan-

Ex notis No-
ualese.

dulpho

dulpho comprehensus non prius dimissus, quam iure iurando clientelari praestito.

Ex archivis
Ecclesiae di-
ui Ioannis.

E O A N N O Olricus Magnifredus Marchio Secusie (professus viuere lege Salica) dies clausit Taurini, sepultus in templo diui Ioannis ad Altare facelli sanctae Trinitatis, ubi & Alricus Episcopus Astensis Olrici frater sanctimonia venerabilis. Sepulta est Berta Olrici coniux filia Augberti Marchionis Eporediae, Ardoini primi fratris. Reliquit Olricus filias duas Immillam Ducissam vocatam, Taurinum incolentem, alteram Adelasiam, siue Adelaim Humberti Saxonis (ut diximus) coniugem, qui inde Marchio Secusiae, ut Comes Sabaudiæ Maurianæque, post Burgundicum siue Arelatense regnum, in Rodolpho ultimo extinctum dictus, à qua filios Petrum, Amedeum, Aymonem Odonem, & Elisabetam suscepit, iusque supremum Taurinæ reipublicæ regendæ, quod Socer a maioribus accepcerat naclusest.

Ex monetis.



A N N O .

Ex archivis
ducal.
Robertus
Cenalis.
perioche. 8.
In fine Pau-
lo variat.

A N N O C H R I S T I M x x v i i . Conradus in Italiam cum expedito exercitu transiit, Romæq; coronatus, Taurinis etiam dominatus est, Administratore Humberto Beroldi Saxonis filio, Secusiniq; successore reliquo, quem & Sabaudiæ Maurianæq; comitalibus sceptris ornauit, ut hæ (inter varias Imperij prouincias) à patre receptæ fuerant, tum Humbertus se viuere lege Salica, ut socer profiteri cœpit.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I M x x v i . decadente Landulpho Episcopo, consecratur Vido habitus vir prudens, & frugi.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M x x v i i i . Conradus Imperator Tau-
rinum

rinum in veneratione habuit, Quod in templo ciuitatis maxilla præcursoris Baptiste coleretur, & (ut ipsius diplomatis verbis utar) aliorū sanctorum Martyrum videlicet Soltoris, Euentoris, Octauij, & confessorum Martiniani, Iuliani, atque Bisutij, ideo dat Cæsar vidoni Episcopo Taurinensi istante Odolrico Brixiano Episcopo, Morianensem Episcopatum, & pleraque eius prouinciae, & vicinarum aliarum municipia, quas curtes vocat. Exprimuntur sancti Andreæ, sancti Michaelis, Sanguineriæ, Vallis quoque aurea, Albusum, Mons rotundus, Aluacum, Camusetum, Villarambertum, Maluardatum, Cuyna, Argentina, Arpinum, Talloria, Conflentia, Mantonum, Armiramum, Vlgina, Thononum, Berguen, Sanctus Julianus, Grandunum, sanctus Remigius, Mons Aginonus, Villagondranum, Rotulafellum, Interaquæ, Madarellum, Chenninum, & pleraque alia dioecesum Grationopolitanæ, Genevensis, Tarrentasienfis. Id vero Humberto Sabaudo procurante etiam factum fuisse ferunt, Eberardo Maurianensi Episcopo defuncto, ut Taurinensem in suas partes traduceret, nec in Taurino potiundo aduersaretur. Quod quidem per aliquot annos integrum, sed irritum tandem fuit.

A N N O C H R I S T I M x x x i x. mense Martio, Vido Taurinensis Episcopus apud Conradum Cæsarem plurimum autoritate poterat, Mutinensiisque Ecclesiæ in honorem diui Geminiani dicatae plurima conferri procuravit.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M x l v. post Vidonis Episcopi Taurinensis mortem Reguimirus aduocatur.

A N N O C H R I S T I M x l v i . Henricus Conradi filius in Italiam descendit. Romæ Cæsar inaugurator, ab Amedeo Sabaudiæ Pedemontiumque; principe Humberti filio excipitur, quem & prosequitur: Taurinensis authoritatis priuilegia à parentibus accepta, inter cætera confirmari curat. Taurinenses, (ut suâ Sabaudiam,) ab incursionibus Normannorum, Guilelmo Montroliensi duce, qui totam lacerabant Italiam conservat, & Pedemontensis ideo suo merito cognominatus, isque; professus viuere lege Romana, quod omnino Pontificibus addicatus esset.

Ex diploma
te dato Colo
niæ eo anno
Kal. Aprilis
regni Cœradi
14. imperij
12.

Ex ipso Cæ
saræ diplo
mate dat. Co
loniæ.
Et Sig. lib. 3.

Iidem.

Ex archivis
ducal.

Ex moneta
argentea
Amedei.



Ea diploma
te dato Man-
tuę eo anno
Kalen. Maii.
ind. 15.
Ordinatio-
nis 18.
Regnatis 8.
Imperatis 1.

E ODEM A N N O , idenī Henricus Romā rediens, dat Reguimiro Episcopo Taurinensi, (qui canonicorum ordinem, in Saluatoris templo recens constituerat) plures aliorum eius ciuitatis templorum redditus, exprimuntur diplomate templa diuorum Philippi, & Iacobi, Simonis, & Iudae, Stephani, Martiniani, Eusebij, Martini, Arx etiam ad portam Turrianicam ciuitatis, cum molendinis, & punctionibus, (hodie porta Palatij dicta) omnes quoque dat decimas, & extra urbem, in hęc verba. Ecclesiam Cardinalem sancti Maximi in Quinto, sancti Stephani in Maliasio, nec non sancte Marię, & alia pleraque. Addit municipia, (curtes dictas) Alpinianum, Trufarellum, Lisiinicum, Viliascum, Gruliascum, Saxinascum, Martiriascum, Panatianum, Romanianum, Mitianorum, Panariolum, Andisellum, Patianum, Balbianum, Alinianum, Santenam, Burgarum, Buriades, Medium, Scantalicum, Carnianum, plebesque plurimas . Id tamen absente Sabando factum conijcias, quo præsente vel audito, non hoc suis iuribus ilatum vulnus fuisset, nisi forte cum Episcopo Sabaudus conuenisset.

A N N O .

Ex notis Ge-
orgij de Lu-
serna Abba-
tis S. Solut.
Idem.

A N N O C H R I S T I M L X V I . obijt Taurini Beatus Gofelinus abbas Ecclesiæ sancti Solororis, insignibus clarus miraculis.

Eo met A N N O decepsit Taurini vir etiam sanctimonia plenus Anastasius, sepultus è regione beati Gofelini, in Ecclesia diui Sotoris.

A N N O .

Ex archivis
Pinerolien-
sis.

A N N O C H R I S T I M L X I I I I . octaua Setemb. Adelasia filia Magnifredi Marchionis Secusini, vidua Humberti Saxonis, Sabaudorumque principum mater, Oddonis etiani Marchionis Lucentij vidua Taurini moram trahens in arce portę Secusinę, disertis tabulis fundat dotatque Ecclesiam Beatę Marię Pinerolij, præsentibus Petro, & Amedeo eius filijs.

A N N O .

Idem.

A N N O C H R I S T I M L X X . Reguimiro extinto, Combertus Episcopus Taurinensi Ecclesię præficitur.

A N N O

A N N O C H R I S T I M L X X V I . Adelasia pleraq; ad pias causas Taurinensi huic Ecclesiæ legauit, locaq; sacra in ciuitate extruxit.

Eo anno Marchiones Romagnani Magnifredus, Arduco, Iacobus, & Nicolaus consules Taurini, fœderainierunt, cum Taurinensis bus. Cumq; tunc in Charienses hæc ciuitas bella moueret, pollicentur se se mutuò iuuare, idque bis in anno per quindecim dies continuos, & contra omnes, excepto Imperatore, comite Sabaudiæ, & Obberto comite Blandrate.

A N N O C H R I S T I M L X X V I I . mense Decembri Amedeus Comes Sabaudiæ Henricum 1111. Henrici 111. filium Alpibus Cinitijs superatis per totam ditionem, atq; Taurini etiam exceptit, & ad Canosū Reginensis Agri oppidum deduxit, cum Gregorio septimo Pontifice conciliauit, simul & Matilda Bonifacij Marchionis Thusciæ filia, Gottofredi q; Lotharingij vidua iuuante.

Eo met ANNO, & mense Immilla Ducissa vocata, filia Magnifredi Marchionis Secusiq; & Adelasiæ soror, Taurini residenſ in Arceportæ Secusinæ, fundat monasterium S. Petri Romani apud Musinascum.

A N N O C H R I S T I M L X X V I I I . obijt Taurini Immilla ducissa dicta, iuxta patris cineres apud Diuum Ioannem condita, cui Adelasia soror succedit, Taurinumq; mense Aprili ingreditur, ac plurima Abbatia Pinerolianæ confert, & quæ à sorore donata fuerant confirmat.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M L X X X . ciuitas Taurinensis, tum bellis disfidijsq; intestinis, tum peste, tempestateque, & fulminibus dicta, deserta diu, & inhabitata fuit. Errabant laborantes populi, pars maior Testonam successerunt.

Eo anno Humbertus secundus Amedei filius Taurino in Sabaudiam migrat. Adelasia vero in Valpergiam se recepit, aliquotque post annos prouectissima ætate, & spectatâ triplici generatione, & à Pontificibus filia sancti Petri nuncupata, è uita excessit in oppido Canisculi sepulta in templo diui Stephani.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C I I I . mense Nouembri, Amedeus secundus Humberti 11. filius, princeps Sabaudiæ, & Pedemotiū, in auita iura Taurinensium succedit, seq; suis titulis, iam tum Dei gratia Comitem Burgundiæ, & Lombardiaæ (vt diplomatis ytar verbis) vocabat.

A N N O .

Ex arch.
Taur.
Ex actu Ro-
magnani fa-
milia, eo an-
no octauo
Kal. Decem-
bris.
Verba sunt
contractus.

Alb. Cran.li.
s.c.6.
Nauclerus
gen. 36.
Sabell. lib. 3.
9. Aeneid.
Bloridus.
Platina.
Heruelden.
Monac.
Bugatus.
Sig. variat.
Ex archi
Taurinensi.

Ex arch. Tau-
rinensi, &
Pinerolen.

Ex veteri ta-
bula qdi Cō-
solata affixa.

Ex archi du-
cal. & notis
Fructu arēsis
Ex bullâ Gre-
gorij data
Romæ Pōt.
anno primo
in dictione
12. & alijs
aliquot.

Ex archiuis
ducal.
Ex diploma-
te abbatiæ
Ripaltæ.

Ex vetustissima tabula & notis eius Ecclesiae.

A N N O C H R I S T I M C I I I I . xx. Iunij, cœperunt Taurinen ses mitiore apparente cœlo, conciliatisq; amicitijs, desolatam iam sa tis vrbem repetere, & incolere, quodam potissimum miraculo adducti, quod in virum nobilem, ex Rauuadiorum familia multis annis oculis captum claruit. Is enim votum diuæ Virgini Consolatæ vrouerat, interque rudeta ædicularam vbi suapte sponte inuenit, lucem & illi co recepit. Mox hominum concursus, mox loco contiguo templum Diuo Andreæ dicatum erigitur, cum aliud ad Secusinæ portæ, arcem (vt diximus) olim euersum fuisset. Illi templo Thomas Silius, ex diui Solutoris cœnobitis, ab Antistite Bremetensi primus prior præficitur.

A N N O .

Ex ipso diploma te ar chii Taur.

A N N O C H R I S T I M C X I . Kalen. April. Henricus V. Imperator amplificat Taurinensium fines ad oppidum usque diui Ambrosij, quæ Romam Secusia itur, & eo toto itinere, euntium, redeuntium, pregrinantium controuersias, vult à Taurinensibus magistratibus cognosci, & decidi, inq; præsidium fidei Cæsareæ, ipsos omnes recipit. Confirmat Henricus V. anno 1116. & Lotharius anno 1136.

A N N O ..

Ex diploma te.

A N N O C H R I S T I M C X X . Episcopo Bosone Taurinensi, Calixtus secundus Pontifex ipsi Taurinensi Ecclesiæ per eam Adelasiæ olim donata confirmat.

A N N O .

Ex archi Pi nerolien.

A N N O C H R I S T I M C X X I I I . Cal. Martij, idem Boso Episcopus Taurinensis, tunc Testonæ residens, plures confert Ecclesiæ Dalmatio abbati Pinerolij, Synodalibus tamen iuribus referuatis.

A N N O .

Ex notis Ec cleiae Taur.

A N N O C H R I S T I M C X X V I I I . sepulto Bosone Episcopo Taurinensi, Arbertus ad eam dignitatem erigitur.

A N N O .

A N N O

A N N O C H R I S T I M C X X X V I I I . Amedeus secundus Sabaudie Pedemontiumq; princeps, ab Alberto Episcopo in ciuitatis iuribus auitis turbatur, Arbitr Petrus Archiepiscopus Lugdunensis eligitur, qui eas controuersias plane sedare non potuit. possessioni tamen Sabaudus semper innititur. Arbertus Testonam secessit.

Eo anno Amedeus Sabaudorum, & Taurinensium ope, ab Episcopo Astensi rogatus, Astam vi cepit, eiectumque eum restituit.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C X L . I I I . Kal. Decemb. Idem Albertus Episcopus Taurinensis aliquot Ecclesias contulit Abbatii Pineroliensi, hortante probanteque Innocentio secundo Pontifice Maximo, reseruatis semper iuribus Episcopalibus.

Ex arch. Pi-
nerolij.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C X L I I I I . Idem Albertus Episcopus Pinorolium cœnobium alijs auxit Ecclesijs.

Ex eisdem.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C X L I X . Humbertus III. Amedei II. filius apud Sabaudos Taurinosque rerum potitur, vir pietate insignis.

Ex archiuis.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C L . CAROLVS Episcopus Taurinensis defuncto Arberto successit, Sabaudo infestissimus.

Iidem.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C L V . Humbertus Sabaudus princeps Fedelicum Aenobertum Italiam ingressum Taurini excipi iussit, ipso autem apud Sabaudos degente, cumque tunc Carolus ciuitatis Episcopus ipsi Federico (vt aiunt) cum vmbella, comitante clero obuiam fuisse, Cæsar ideo imperialia iura Episcopo in ciuitatem, absente nec auditio Sabaudo contulit. Reclamat populi obstat Sabaudus. Huic

Otto Frisin-
gensis lib. 2.
cap. 15.
Gaud Meru-
la.
Ex archiuis
ciuitatis.

Cheri-

Charienses, Astensesque vocati fauent. Hos Cæsar potentior igni dat & direptioni.

A N N O .

Ex ipso diplomate dato apud castrum. Auicianum in territorio Vercell. eo anno 7. Kal. Februarias Indict. 7. Ann regni 7. Imperij 4.

A N N O C H R I S T I M C L I X. Idem Federicus Imperator Carolo Taurinensi Episcopo, hominem quo sibi in Adrianum Pontificem alliceret, (sicuti alios ita aucupabatur Episcopos) dat iura ciuitatis, & circu quemcumq; ad decimū lapidē, siue Milliare, Chariū quoq; oppidum, Aliuanū, Montem altum, Thessianum, Zauennam, (olim Gaiū dictū) Mercuriadē, Santenā, Burgarum, Testonā, Saxenasium, Carnianum, Sentalum, Laualdisum, Pancalerium, Campillionem, Pineroliū, Buriascum, Auillianam, Ripulas, Lanceum, Septimum, Clauasium, San Michelem in monte Pyrghiriano, Decimas vallis Secusinæ, & pleraque alia, alieni liberalis Cæsar.

A N N O .

Sig.lib.13.

A N N O C R H I S T I M C L X I I . Federicus Cæsar Taurinum accessit, vbi Pisanos, & Genuenses, nouo inter se bello certantes, ad industrias adduxit, Berengario secundo Prouinciam à Massilia ad Druentiam flumen, & Alpes latis finibus, beneficiario iure contulit.

Ex notis Ecclesie Taurinen.

E o A N N O Vullielmus secundus Taurinensis Episcopus, Carolo successit.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I M C L X V I I . defuncto Vullielmo, succedit Carolus secundus Episcopus.

A N N O .

Ex arch. ducalibus.

Ex eisdem notis.]

A N N O C H R I S T I M C L X I X . Humbertus Sabaudus se se, civesque sibi restituit, Carolus Episcopus Sabaudum in ius cotam Cæsare vocat, lis diu vertitur, excipientibus cum Sabaldo ciuibus.

A N N O C H R I S T I M C L X X . Amiso Episcopus Carolo secundo Taurinensi sedi sufficitur.

A N N O

A N N O C H R I S T I M C L X X I . Milo Cardaneius extinto Amisone pastor Ecclesiæ datus est.

Idem.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C L X X I I I . Martio, Federicus Imperator in Italiam per Sabaudiam, & Cottias Alpes redijt, Secusiam primā vrbem igne, & ruina vastauit, vt ceteris Italiæ ciuitatibus terroris exemplo esset, Taurino pepercit Milonis Episcopi precibus assiduis lenitus, vtque suarum partium esset Episcopus.

Platina in Alex.
Chro. Germanie li. 13.
Nauclerus gen. 50.

A N N O C H R I S T I M C L X X V . Federicus idem multis in Italia afflictatus incommodis, ope Taurinensium, quibus pepercera, oportunè iam per montem Louis, in Burgundiam transiit, inde ad suos in Germaniam facile transgressus.

Abbas Vef-
pergen.
Sig. li. 14.
histor.

E O D E M A N N O , cum relatum fuissest Taurinensem Milonem Episcopum in odium litis cœptę à Carolo decessore suo, incendij Secusini authorem, & prædæ fuisse participem, Humbertus princeps Taurinum ingreditur, populatur, & quæ maxime Episcopi extarent omnia exportauit, census quoque annuos in publicum addixit, & sectionem damna passis Secusinorū adiudicari voluit (si damni æstimatio dari potuit) hinc lis coram Cæsare acrior, & vehementiores excitatae tragediæ.

Ex diploma-
te Henrici 6.
sub anno
1188. quod
suo loco.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C L X X V I I I . VI. idus Julij Federicus Imperator iterum superatis Alpibus Taurini moram traxit, plurimaq; priuilegia varijs contulit, maxime Rodobiensibus ob castra Conflétiaæ Palestræ, & aliorum agri Vercellensis.

Ex archivis
Vercellen. &
li. i. Biffoni.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C X X X V . Taurini Gothofredus Imperialis aulæ Cancellarius legatus Cæsar, sententiam tulit in Humbertum Sabaudię Comité, indicta causa, Milone Episcopo Taurinensi instanti. Quà hic in possessionem mittitur Taurinensis ciuitatis, oppidorum Auillianę, Ripę altę, medij Carniani, & arcis Turretæ de quibus contédebat, ille vero spoliatus, & ob damna Ripolis, & Publicię injecta, septingentis libris multatur, à quà sententia reclamatum est.

Ex ipsa senten-
tia in tabula
rio Ecclesiæ
Taurin.

Eodem

Onuphrius
in vita Pót.

E O D E M A N N O , mense Nouembri, postquam Milo Episcopus Tau
rinensis Archiepiscopatu Mediolanensi successit, Lamberto Cribello
Archiepiscopo, Pontifice maximo creato, & Urbano III. vocato: Ar
doinus sedi Taurinensi suffectus est. Cribellæ autem gentis nunc ad
huc extant apud Subalpinos Canelij comites splendidissimi.

A N N O .

Ex diploma
te Henrici
eius anni 9.
Maij dato
Basileæ ex ar
chiuis ducal.

A N N O C H R I S T I M C L X X X V I I I . Ardoino Episcopo li
tem prosequente, nec exequutione aliqua subsequuta, Federicus Cæ
sar, & Henricus filius sententiam duriorem tulerunt in Humbertum
Sabaudum, minus litibus intendentem. Qua Sabaudus condemnatur ci
uitatem Taurinensem Episcopo cedere, & bannum (ut vocant) Impe
riale Sabaudo imponitur, omnibus suis ditionibus commissis, & secto
rum arbitrio expositis. Qui interea ætate, & mœrore grauis mortem
obijt.

Ex archiuis,
& actis eisdē.

A N N O eodem, Thomas Humberti filius, patri succedit, sententiā
retractari curat, Henricus Federici filius causa cognita, iudicatum re
parat, Sabaudi iura integra agnoscit, reclamante tamen semper Episco
po. Sabaudum itaque toti ditioni restituit, Sedunensi sola ditione tunc
imperio referuata.

A N N O .

Ex arch. ci
uitatis.
Gaud. Meru
la.

A N N O C H R I S T I M C X C I . mortuo Federico Cæsare, Ardui
nus Taurinensis Episcopus Sabaudum Taurinensesque ciues turbat.
ciuitate potitur, at seditione suscitata, ciuitate presul detruditur. Qui
cum clero apud Testonam oppidum, (cuius ruinis postea erectum
Moncallerium) secessit. Tandem restituitur Episcopus, ea tamen lege
ne amplius ultra quam quæ Poli sunt cognoscat, publicis, & supremis
Sabundo Thomæ restitutis iuribus.

Ex tabulario
Eccl. Tanr. &
ctu dato Tau
rinie eo anno
xj. Kal. Augu
sti Indict. xj.
signatū Muf
fus notarius
imperialis
aulæ-

A N N O C H R I S T I M C X C I I I . longa lis atque dissidia inter
Episcopum Arduinum Taurinensem, & Merulum, ac Arducium Pio
faschi dominos sopia sunt, cum hi Testonam oppidum, ipsamque ar
cem Episcopo remittunt, Episcopus vero Publiciarum feudum cedit

Piofaschis

Piosaschis fratribus, qui præterea quingentas marchas argenti Episco-
po numerant, & se eius beneficiarios agnoscant.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C I I I . Septembri, Arduinus Episcopus
Taurinensis Testonæ, non integre conciliatis adhuc rebus confidens
residebat, atque abbatii Pineroliensi Bertramo nomine apud agrum
Musinascum aliquot erogat redditus.

Ex archiis
Pineroliensi-
bus.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C V I . Jacobus Episcopus Ardoino succedit.

Idem.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C X . Iunio, Otho IIII. Imperator Tau-
rinii aliquot diebus resedit, plurimæq; priuilegia Ecclesijs concescit, ma-
xime Ecclesiæ Ripaltæ. Tunc huic Cæsari aduersabatur Federicus se-
cundus.

Ex diploma-
te Ripalte.

E o A N N O , mensis Iulij XIII. Jacobus Episcopus conuocato cle-
ro, & Taurinensibus ciuibus oblabantem vetustate ædem diui Solu-
toris, & ipsius abbatiae contractum graue æs alienum, ipsam contulit Pe-
tro abbatii Clusino ea lege, vt Episcopo Taurinensi sacramento dice-
ret, ære alieno liberaret, ædificijs ornaret, & cultui diuino satisfaceret,
quod aliquot alij Episcopi confirmarunt quandiu Clusini eam operam
nauarent, sed ad suos peculiares abbates res ipsa tandem redijt.

Ex tabulario
clusino.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C X I I I . Diuus Franciscus ex Alsisio Vmbriæ
ciuitate, in Gallias iter faciens, Charij primum paupertatis Christianæ
(quam profitebatur) sodalitium instituit, mox Taurini, ædiculâ sibi
à ciuibus concessâ Diuo Victori sacra, quā Ruuerei patricij olim con-
trixerat, aliud stabiliuit, quod nunc in templum & cœnobium præcla-
rum abiit. Eo quoq; tempore diui Dominici natione Hispani Predi-
catorum ordo in hac ciuitate sua accepit incunabula.

Ex notis eo-
rii cœnobio-
rum.

A N N O C H R I S T I M C C X V . mense Maio. Cum Thomas Sa-
baudiæ Comes, non satis adhuc cum Taurinensibus conueniret, Ver-
cellenses socios habuit, hoc pacto, ne ipsis inscijs & inconsultis quid-
quam cum Taurinensibus pacisceretur.

Ex archiis
Vercellen.

Idem.

A N N O C H R I S T I M C C X V I I . Iacobo Episcopo defuncto succedit Iacobus II. qui tandem imperialis aulæ Vicarius, & totius Italæ legatus suà prudentiâ, & merito constitutus.

A N N O .

Ex arch. Taurinen. & libr. viridi.

Ex eisdē archiuis.

A N N O C H R I S T I M C C X X I I . die quinto Iulij, fœdera inita inter ciues Taurinenses, simulque Iacobū Episcopum Taurinensem tunc adhuc Testonæ degentem, cum Mamfredo Salutarum Marchione Bonifacij filio, Alexia Delphina Bonifacij auia consentiente. Bonifacius inter ciues Taurinenses ascribitur, mutuā sibi inuicē auxilia pollicentur, maxime in Thomā Sabaudiæ comitē, & eius liberos, qui post diutinas (vt aiunt) simultates Taurinensibus minabantur. Nec eū Bonifaciū prius excipiunt, quām polliceatur se nunquam cum aliqua filiarum ipsius Thomae nuptum iri, nisi Taurinensibus astipulantibus, denique empturum se, & ædificaturum in ciuitate palatum. Quid non in Sabaudost tunc molitum est?

A N N O .

Ex tabulario Episc. contractu acto i gerbolanis iter Casellas & Ciriaccum 6. Ianuarij eo anno.

Ex archiuis, & contractu gesto ad pra ta Perosæ eo anno 13. Iulij.

A N N O C H R I S T I M C C X X V I I I . Iacobus Episcopus Bonifaciū Montisferrati Marchionem in suas partes vocat: Isvt Taurini pedem figere queat firmius, se clientem siue vassalum Episcopi facit, hunc de recto feudo suo (vt vocant) inuestit: non tamen castrum sancti Raphae lis includitur, quod violenter ab ipso Marchione occupatū Episcopus protestatur, Iacobo à Ruuerè ipsi Episcopo assistente.

Eo A N N O Andreas Hugonis Burgundiæ ducis, & Beatricis Delphinæ secundogenitus, Delphinus dictus Albonensisq; Comes fœdera percussit cum Taurinensibus, Pinerolensibus, ac Testonensibus, & in ciuem Taurini recipitur, eiusq; posteritas: Palatum emet in ciuitate quod nunquam vendi queat, prohibetur etiam stata lege ne Genuenses, Astenses, Charienses, negotiatoresve alij ad Delphinatum accedant, nisi illi prius Testonæ, Taurino, & Pinerolio transfierint, quod nullos commieatus, annonamque Sabaudo comiti, vel suis suppeditare poterit, nisi pro arbitrio Taurinensium, quod opem in hostes omnes, in Sabaudum potissimum gnauiter feret. Bis quoque anno Taurinensibus mittet auxilia, & ea ad minus quinquaginta armatorum equitum, milleque peditum, qui per mensem militabunt. Nec inconsultis Taurinensibus foedus aliquod, seu sanguinis vinculum cum Sabaudo faciet, liceat Delphino alia fœdera iam cum Marchione Montisferrati inita, cumque Mediolanensibus,

Vercel-

Vercellensibus, Alexandrinis conseruare. Et tueri consultis semper in omnibus ipsis Taurinensibus. Idem & pollicentur Delphino Taurinenses: confirmat Beatrix Bonifacij, Marchionis Montisferrati filia, Andreæ coniux.

Eo anno Kal. Decembris Federicus secundus imperator iubet Plosacensibus, Bagnolis, Caburris, Bargianis, Publicijs, Scalingijs, & vallis Macij, ceterisq; patriæ nobilibus, ut Taurinam ciuitatem inhabitent, & domos singuli edificant, atq; ita pacta cum Taurinensib. inita vel ineunda confirmat.

ANNO.

ANNO CHRISTI M C C X X X. Bonifacius Marchio Montisferrati Taurinum occupat, Priuilegia ciuibus confirmat, quæ per Thomam Sabaudiæ Comitem, & Humbertum eius secundo genitum concessa fuerant, Abbatia sanctæ Mariæ Brionæ Cistertien. ordinis.

ANNO eodem Hugonus Episcopus Taurinensis, ex Cagnolorum nobilissima Vercellensi familia, Iacobo defuncto succedit.

ANNO.

ANNO CHRISTI M C C X X I I I. Thomas Sabaudiæ Comes suis paulò ante Mediolanensibus, qui in Pedemontanum agrum grassabantur, Cæsoq; Osimo militiæ duce, Taurinensem ciuitatem, à Marchione Montisferrati occupatam obsedit, castrisq; trans Padum metatis, arcem, & turrim speculatoriam, in colle ad ripam fluminis prominentem extruxit, auxiliares Astenses fugavit.

Eo met anno Thoma defuncto Amedeus III. Sabaudiæ Comes patri succedit.

ANNO.

ANNO CHRISTI M C C X X V. xiii. Decemb. Pax icta inter Amedeum III. Sabaudiæ Comitem, ac Thoniam primi Thomæ filios, cum Hugone Episcopo Taurinensi. Quà pace Taurinenses fidelitatis sacramentum Sabaudo præstitere. Bonifacius vero Montisferrati Marchio (qui prius Margaritam Amedei III. filiam in uxorem duxerat, ac proinde dotis, siue alio nomine in Taurinum, & alia aliquot oppida aspirabat) iuribus cessit. Sabaudus vero Collegium castellum in feudū rescipienti ciuitati contulit.

Ex eisdem.

Ex archiis eius Abbatie Brion.

Idem.

San Georg.
in historia
Ferraten.
Gaudent.
Merula.
Coitus.
Bugatus.
Dem. Machaneus.
Annales Sab.

Ex archiis.

In tabulario
Episcopat.
Ex cōtractu
acto Taurini
14. Kal. De-
cembris.

A N N O C H R I S T I M C C X X X V I . eadem pax cum Episcopo
Hugone confirmatur, Rapolæ ceduntur Sabaudis, qui Ecclesiastica
Episcopo relinquunt, idq; tractante Roberto de Guislardis potestate
Taurinensi nomine ipsorum principum.

A N N O .

Ex archiuis
Abbatia Pinerolij.

A N N O C H R I S T I M C C X X X V I I I . mense Februario, Federicus
secundus Henrici sexti filius Imperator Taurinum ingreditur, ab Ame-
deo Sabaldo aliquot diebus splendidissime excipitur. Ille inter va-
ria multorum populorum priuilegia, ea quæ à Cæsaribus, & Sabaudis
principibus Pineroliensis Ecclesia acceperat fusissimè confirmat.
Tunc erecti Ducatus Chablasi & Augustæ prætoriæ, comitalibus ta-
men titulis Sabaudiæ semper postpositi.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I M C C X L . Hungono mortuo succedit Hu-
gutio Episcopus Taurinensis.

A N N O .

Ex notis ci-
monasterij.

A N N O C H R I S T I M C C X L I I I . Innocentius quartus Genuensis
Pontifex Maximus, Taurini à Thoma Sabaldo Amedei tertio fratre
excipitur. Thomas enim Pontificis ex fratre Thediso Flisco Lauaniæ
comite nepté, Beatricem duxerat, & iuribus in hæc ciuitatem ab Ame-
deo donatus fuerat. Pontifex vero, (qui olim Fructuariensis Cœnobij
monachus) illud, & alia monasteria perlustrat, pleraque ad pietatem
singulis indulget.

Iidem.

A N N O C H R I S T I M C C X L I I I . & aliquot annis, mortuo Hu-
gutione vacat sedes Taurinensis.

Ex archiuis
ducal.
Guil. Ventu-
ra Asten.

A N N O C H R I S T I M C C X L I I I I . Taurinenses fidelitatis iam
præstitæ memores, vno omnium consensu se se Amedeo tertio Sabau-
diæ Pedemontiumque Principi supposuerunt.

Ex archiuis
ducal.
Cōtractu ei-
ani 16. Iulij.

A N N O C H R I S T I M C C X L V . Amedeus tertius Sab. Comes
Taurino potitus, ipsum simul, & Pedemontanā ditionem Thomæ fra-
tri iterū cedit, suprema retēta authoritate, is porro Thomas primū iure
vxorio comes Flandriæ vocatus est, à quo ad hæc usque tempora Sa-
baudiæ principum ducumque linea fœliciter propagata est.

A N N O C H R I S T I eodem Ioannes Episcopus Ecclesiæ Tauri-
nensi, diu viduæ fœliciter adiungitur.

A N N O

A N N O C H R I S T I M C C X L V I . Federicus i i. Imperator, post quam anno superiore ab Innocentio quarto Pontifice Diris Ecclesiasticis damnatus foret, cum iam neptem Pontifex Thomæ Sabaudo collocasset, is Cæsar Taurinum ingreditur, togatos tot secum educens ad causam suam coram Pontifice (qui illuc accesserat) dicendam, vt togatorum agmen, par exercitui videretur. Thomamq; in odium Pontificis, opinionum numero potius, quam certo iure eacuitate spoliare nititur. Sed ad Parmensem obsidionem, quam Henrico filio reliquerat redire coatus est. Licet alij scriperint Taurinum tunc à Parmensisbus exilibus occupatum, neque Cæsarem ingredi ciuitatem potuisse.

E O A N N O Federicus Cæsar Cremonæ pacem init cum Sabaudo, Matrimonium Mamfredi Lanceç Cæsar filij, cum Beatrice Amedei comitis filia tractatur, dies Taurini indicitur.

E o met A N N O inter tot de ciuitate controvèrsias, exurgunt aliquot nebulones, incogniti illi Taurinum conflagrarent penitus, cuius factionis inquiritur à Ioanne Episcopo, nihil certi dicitur, vertitur suspicio in tenuiores plebis, qui potentioribus inuidenter. Tandem cum in turbas agendum esset, mitius processum: Prmulgato Innocentij quarti diplomate absoluti incendiarij, ita tamen vt damna passis satisficeret: sic clam exolutis culpis, effetum est, vt mox reparata edificijs fuerit ciuitas, cum Dei potius quam hominum iudicium apud se formidarent sceleris concij.

A N N O C H R I S T I M C C X L V I I . Amedeus tertius Thomæ filius comes Sabaudiæ, Duxq; Chablasij, & Augustæ Prætoriæ, Taurinensiū est possessionem adipiscitur, Thoma fratre interueniente, certis pactorum conuentionibus. Hoc inter cetera Ripolanis honorificum, vt si aliqua ex parte in futurum pacta cōuenta violarentur, ipsi Amedeus, Thomas, & Taurinenses, haberent Ripolanos arbitros, & perpetuos iudices.

A N N O C H R I S T I M C C X L I I I . mense Nouembri, cum Vullielmus vij. Bonifacij Marchionis Montisferrati filius, & Amedei Sabaudi ex Margarita filia nepos, ob certa dotalicia pacta Taurino adhuc potiretur, nec satis Thomæ secundo gratum foret, cui Pedemontana ditio obuenerat, is post sedatas Innocentij quarti Pontificis, & Federici secundi controvèrsias, ab eo Cæsare Taurinum ciuitatem, & arcem (quæ ad Pontem Padi tunc recens extructa erat) certiore dono obtinuit, simulque aliquot circumuicinas vrbes, Quæres Amedeum fratre aliquantum commouit, deturbato maxime Ferratensi. Sed compo sitis rebus Taurino Thomas quietius potitus est.

A N N O C H R I S T I M C C X L I X . cum Thomas parum emolumenti ex ea nuda donatione retulisset, & cauillis alia alijs inde exciperentur, addidit Federicns vestigalia, & portoria Taurinensia, & quæcunq; dubium omne summouere possent.

Blond. lib. 7.
secund. decad.

Thomas Fa sellius lib. 8.
post. decad.

Io. Cuspinius in Fed erico secudo.

Contradicte lebrato Cre monij 8. Martij. indic. 8.

Ex archiuis.

Ex privilegio Ripolano eius anni 2. nonas Sept.

Ex ipso Fede rici 2. diplo mate eius an ni mense No uembri 7. in dictione. dato Vercellis.

Ex archiuis dipломate mesis Junij.

Ex archiuis,
diplomate e-
ius anni. 11.
Kal.Iunij.

Ex tabulario
Chariensi &
notis Ga-
briellis vis-
quæ iurecon-
fulti Chari-
ensis.

Ex archiuis.

Ex archiuis,
& notis,
Guliel. & Se-
cun. vētūrę
Astensis.
Nicolaus
Gilles.
Goffredus
ab Eccl.in hi-
stor. Salutia-
na.

Ex tabulario
Chariensi &
notis Gabr.
visq.

A N N O C H R I S T I M C C L I I . Vullielmus Imperator confir-
mat ipsi Thomæ secundo donationem ciuitatis Taurini à Federico fa-
ctam, additis omnibus oppidis, quæ erant dioecesis Taurinensis. Tunc
autem illi dioecesi subiacebant Salutiæ, Mons Regalis, Charium, Sau-
lianum, Cuneum, Fossanum, ac proinde iam tum etiam Subaudici iuris
effecta ea oppida, Innocentio Pontifice omnia approbante.

Eo anno cum Casalenses, & Papienses bella in Taurinen-
ses mouissent, & in conflietu Io. Episcopus captus ab illis esset, à
Thoma Sabaudo multa pecuniæ redemptus est, qui quoque castrum
Montisoli aduersus Astensium, & Chariensium insultus sustinuit, & ser-
uauit: quod cum Episcopo pertineret, Sabaudo cessum est, & iusto ven-
ditum præcio, ad Ecclesiæ euidentissima commoda. Illud postmodum
Chariensibus Sabaudus remisit, & tandem pacis conditionibus diru-
tum.

Eodem anno v.Kal. Augusti, idem Thomas fœdus init cum
Astensibus, ipsisque auxilia pollicetur, & copiam facere omnium op-
pidorum Pedemontanæ ditionis pro eorum tutela, excepta (idq; di-
sertis verbis) sua ciuitate Taurinensi. Astenses quoq; mutua officia Sa-
bado exhibit. Sed non diu perseueratum.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C L I I I I . atrox prælium inter Thomam,
iunctis, secum Taurinensisbus, & Astenses gestum ad montem Brunum,
vbi aduerso Marte captus Thomas, & in vinculis diu detentus, sed gra-
ues poenas luerunt postmodum Astenses, vindicante aliquot post annis
iniurias, etiam Ludouico Gallorum Rege. Tunc Bonifacius puer Ame-
deo III. parenti in Sabaudia successerat, Dux etiam Chablasi, & Au-
gustæ patris exemplo dictus.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C L V I I . mense Februario, Astensibus
Thomam adhuc in vinculis habentibus, eum ipsi Taurinis sollicitanti
bus liberarunt, atq; eis remiserunt. Ad satis indigna tamen pacta ad-
ductus Thomas (vt libertati student omnes) ciuitati Taurinensi ce-
dere cogitur, ciuibus libertatē donare, Caburretū, Montisolū, Castelle
tū padi, Collegium, Alpianum, & alia quædam iura remittere, addito
etiam quodliberatus à vinculis, mox Astam se conferret ad hęc confir-
manda in ingressu, & egressu ciuitatis, vt verba pactorum sonant, ex

clausu-

clausularum subtilitate, maiorem dolum, & fraudem detegentia, nec eum annum Astenses inulti præterierunt, seuiente in eos Gallo, vti diximus.

A N N O C H R I S T I M C C L V I I I . Thomas Taurino exclusus ad Ricardum Cæsarem recurrit, qui iure cognito spoliatum in integrum restituit, donationes maiorum confirmauit, atq; iterum noua liberalitate contulit, pollicetur quoque se ad eam recipiendam ciuitatem iusta auxilia præstiturum.

A N N O eodem Ioanne Episcopo Taurinensi defuncto subsequitur Gaufredus.

A N N O C H R I S T I M C C L I X . obijt Thomas secundus. Thomæ primi filius princeps Pedemontium, relictis Thoma, Amedeo, & Ludouico liberis.

A N N O C H R I S T I M C C L X . mense Decembri, heremitarum numerus è speluncis, & ergastulis egressi per ciuitatem Taurinensem, Charium, Astam, & alias subalpinas nouo exemplo, nudata terga flagellis aculeatis cedunt, ad vsq; largum cruentum, pœnitentiam exclamantes. Permulti inde à flagitijs reuocati, ablata restituere, voluptatibus nuntium remittere, reconciliari mutuo, mutuas amicitias exposcere. Inde flagellatorum in hodiernum diem creuerunt pia sodalitia.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C L X I I . Carolus tunc comes Andegauensis Ludouici VIII. Francorum regis filius, & diui Ludouici frater, ad regnum Neapolitanum aspirans in Mamfredum gnatum Federici II. Cæsar, cui Sabaudus fauebat, suggestente Urbano tertio Pontifice, fauente etiam Guillielmo Marchione Ferratensi, Taurinū inter cōtendentes occupat, & alias aliquot Longobardiaæ vrbes. Inde nouæ bellorum faces per annos multos fuscitatæ.

A N N O C H R I S T I M C C L X I I I . Taurinum à Bonifacio Amedei III. filio adolescenteviuacissimo Sabaudiæ Comite obsidetur, sed ipse incautior eruptione à Gallis Andegauensibus facta, Marchione Ferratensi, & oppidanis, capitur, captus turri includitur: Ibi confectus mero re dies clausit, Maurianam translatus ad maiorum sacros loculos.

A N N O C H R I S T I M C C L X I I I . Petrus Sabaudiæ comes Thomæ primi filius, Bonifatio ex fratre nepoti succedens, de eius interitu grauem vindictam sumpsit: Taurinum obsedit, & tandem expugnauit, expilauit. Turrim ad portam Secusinam, qua inclusus ne pos interierat dirruit. Taurinorum tandem erecta cornua represit, & aliquantum domauit, mansuetissima aliquando futura.

A N N O .

Ex archiis
Sabaudis &
rescripto ip-
sius Richardi
cius anni 14.
Kal. Aprilis.

Ex tabulario
Eccl. Taur.

Ex archiis.

Ex notis
Guillielmi
Venture.

Idem Ventu-
ra Astensis.

D. Machane-
us.
Gaud. Meru-
la.
Symphoria.
Campeius.
Guil. Parad.

Iidem.

Ex archiuis
Sab.& ex ip-
sis tabulis.

A N N O C H R I S T I M C C L X V I . atrox bellum in Astenses Taurinorum socios gestum pro retinenda ciuitate Taurinensi, Petrus comes, Philippusq; frater, nec non tres Thomæ secundi filij intererant, Thomas inquam Amedeus, Ludouicus. Ancipi marte decertatum. Hi tres nouissimi fratres bellocapti ab Astensibus, Astensium potissimum cæsis.

Ex ipfis tabu-
bulis x. Kal.
Iunias.

E o A N N O pax inita, liberati fratres Sabaudi, & certis conuentionibus, commeatum tutum Astenses per ditionem Sabaudam à comite impetrarunt, ea tamen expressa lege, ne armati, nisi gladio, neque turmatim solum Sabaudum peragrarent.

A N N O .

Ex archiuis.

A N N O C H R I S T I M C C L X V I I I . mense Martio, obiit Petrus Sabaudiæ comes Dux Chablasij, & Auguste sine masculis, cui Philippus frater Burgundiæ comes succedit, Pedemotanis vero Thomas tertius Thomæ secundi filius prefuit.

A N N O .

Secundus
Ventura.
Ex archiuis
Ducalib.

A N N O C H R I S T I M C C L X X I I I . Thomastertius Pedemontium princeps Thomæ secundi primogenitus Taurinum inuasit, auxiliariibus Burgundicis copijs & Gallicis suffultus, Othone Burgundiæ comite authore, cuius fororem Quietam hic Thomas duxerat, Hugo-nis filiam, & Alexiæ: quæ Alexia secundis nuptijs Philippo Sabado iuncta erat. At Ferratensis Marchio Guillielmus, Bonifacij filius, Astenes quoque armati adsunt, atrox & cruentum prælium ad Sangonis fluminis planiciem non procul à Taurino: dubie satis, & ad omnem euentum aliquandiu conflictum, sed Sabaudis fortuna infestior quod Taurino Ferratensis potitus sit.

A N N O ..

Ex ipso con-
tractu & sta-
tutis.

A N N O C H R I S T I M C C L X X X . mense Auguſti Thomas fugato Guillermo Ferratensi Taurinum recipit. Cum Taurinibus certa pacta init quibus leges, & statuta dictat, & olim à Thoma patre condita confirmat.

E o

E O ANNO mense Septembri, Thomas Guillelmum Ferratensem assiduo bello eo vsque fatigat, vt in Hispaniam eum confugientem apud Valentinos Allobroges interceperit, captum in arcem Petrocastream ad Rhodanum traduxerit, vbi diu in vinculis hominem detinuit. Pacet tandem inita, Taurinum perenni iure Sabaudo ceditur, & quæcunque ab ea ciuitate dependebant, idque ipse Marchio extra vincula confirmat, & nunquam in Sabaudum bella moturum pollicetur, pœna addita octo millium librarum Turonensiū, prædibus eius rei causa datis.


A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C L X X X I I . idibus Maij, Thomas tertius mortem obijt, cui successit Philippus primogenitus, adhuc puer, qui inter cæteras Subalpinæ ditionis vrbes Taurinum adipiscitur, tutore Amedeo quarto patruo.

A N N O C H R I S T I M C C L X X X I I I . mense Septembri, mortuo seniore Philippo Sabaudiæ, & Burgundiæ comite, successit Amedeus quartus ex Thoma secudo fratre nepos, eo quod Thomas tertius primogenitus mortem obijsset, pupillum Philippum reliquisset, & forte Amedeus tutor preualuisset, primogenituræ ordine luxato, hinc rixarum bellorumque seges, sed ea decisa, excisaque tandem nescio quid tamen semper noui pululante.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C L X X X V I I . Philippus à Sabaudia sui iuris effectus, Taurini monetas in possessionis argumentum cudebat, & se modestiæ gratia, vt apud Turonenses Gallorum rex Turonum ciuem, sic se Philippus apud Subalpinos Torinum ciuem inscribebat.



Ex archiuis
ducal. in ipsis
tabulis eius
annis.

Sageorgius.
Merula.

Ex archiuis.

Ex archiuis.

Idem.

Ex moneta
argentea.

A N N O.

G

A N N O

Ex archiuis
Sab.
Sangeorgius
Petrus Aza
rius.
Coirus.

A N N O C H R I S T I M C C X C . quarto nonas Iunij, Amedeus quartus Sabaudiæ comes, controuersijs cum Philippo ex fratre nepote sedatis, ab Astenibus in Tutatorem ciuitatis vocatus, cum magno Sabaudorum exercitu Alpes superat, à Philippo Taurini excipitur, Asta inde ingreditur, idq; octauo idus Iunij, & Ferratensem Marchionem hostem semel, atq; iterum fugat & comprimit.

A N N O .

Ex notis Ec-
clesie.

Ex ipsis tabu-
lis eius anni
8. idus Decem-
bris.

Ex archiuis
ducalib.
Georgius
Merula.
Baptista
Egnatius.

A N N O C H R I S T I M C C C . Gaufredo Episcopo succedit Theodissius.

E O D E M A N N O . Philippus Taurinum moribus reformauit, illam etiam ludi Aleæ perniciosa licentiam abrogauit, quod ab eo ludo blasphemiae proueniret, rixæ, & cædes suborirentur, & vestigal quod ex eo ludo proueniebat, commutauit in falso vestigal, & quedam alia communi omnium consensu sanxit.

A N N O C H R I S T I M C C C I . Februario, Philippus Pedemontiū princeps ab expeditione orientali longaq; nauigatione triumphans redit, & Bonifatio octauo Pontifice auspicante Isabellam Guillielmi Achaiæ, & Moreæ principis (Quem paulo ante Michael paleologus expulerat) vnicam filiam, & heredem uxorem habet, simulq; Taurinum aduehuntur, proceribus Græcis comitantibus, & magno cum apertu excipiuntur, principesq; Achaiæ & Moreæ salutantur, quæ Morea olim Peloponessus appellabatur.

A N N O .

Sangeorgius
Blond. lib. 9.
z. ducal.
Coirus.
Conradus
Vecerius in
vita Hérici.
Io. Cuspinia-
nus in Hen-
ri co.

A N N O C H R I S T I M C C X . Philippus Sabauduſ Pedemontiū Achaiæ, & Moreæ princeps. Taurini excipit Héricū VII. Lucemburgen. & Margaritam Brabantiam Augustos, quos Amedeus Sabaudiæ comes Cæsar isorius siue Aelius comitabatur. atque tunc Taurinæ ciuitatis amplitudo duodecim millibus equitum hospicio suscipiens capax via fuit.

A N N O .

Ex archiuis
ducal. & ipsa
sententia.

A N N O C H R I S T I M C C X I I . posteaquam Henricus Cæsar Robertum Siciliæ Regem Caroli II. Andegau filium non semel debellasset, in iudicium etiam vocasset, sententiam tandem in eum tulit, qua per duellis declaratus fuit, eiusq; ditiones p̄dæ, & direptioni datæ, cōmissæ, & (vt vocant) banno imperiali expositæ, ac proinde Taurinū ab omni

Andega-

Andegauensi occupatione liberatum, si quid amplius in eam ciuitatem ex Caroli primi inuasionibus posteritas forsitan aspiraret.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I I I . xvi. Kal. Nouembris, obiit Amedeus quartus Sabaudiæ comes relictio Edoardo filio comite, quo cum etiam Philippus de iure primogenij contendere nixus est, sed quietior redditus, sibi adauditis redditibus.

Ex archiis
ducalib.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I I I . mortuo Thedissio Episcopo Taurinensi, suffecitus Guido Episcopus.

Ex tabulario
Ecclesie.

A N N O C H R I S T I M C C C X X V . Philippus cum Tanrinis aliquot incursionses in Papienses fecit, (vt in eos diutinum bellum arserat) causa videbatur, quod ab Henrico vij. Philippus Vicarius imperij in ea ciuitate constitutus fuisse, vt in permultis alijs, quod ideo ingenti erat cives illi Philippo nexi essent, qui nihil adeorum tutelani non profuderebat. Pax tandem Taurini auctata, persolutis à Papiensisibus ipso Philippo tredecim mille florenis auri puri:

Ex ipso con-
traactu pacis
eius anni ce-
lebrato Tau-
rini 9. Kal. Junias.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I X . Nouembri, mortuo Edoardo comite Sabaudiæ successit Aymo frater, probitate admirabilis.

Idem.

A N N O C H R I S T I M C C C X X X . Philippus princeps vestigal salis, & alia quædam tributa Taurinensibus remittit, certo annuo censu referuato.

Ex tabulario
ciuitatis,
& rescripto
eius anni 15.
Kal. Iulias.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I I . Taurinenses à Roberto rege, & Marchione Ferratensi alleati defecerunt, sed mox à Philippo recepti authores proditionis proscripti.

Ex ipso tabu-
lario & actis.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I I I . Philippus bella gesit in Robertum Regem Siciliæ, cui adhaerebat Marchio Montisferrati: conflictus habitus apud Tegeronū, Hugone à Baucio Senescalco (vt vocat) & totius militia duce.

Ex archiis
ducal.

A N N O C H R I S T I M C C C X X I I I . v. Cal. Octobris obiit Philippus princeps Pedemontium Achaiæ, & Moreæ, sepultus Pinerolij, cui Iacobus filius successit, & Taurinum ingreditur.

Ex inscriptio-
ne sepulchri
apud Franci-
canos Pine.

Extab. Char.
& notis Ga-
brielis Vi-
quæ iurecon-
fulti.

Ex testamen-
to dato Nea-
poli mense Ja-
nuario 1343

A N N O C H R I S T I, M C C C X X X V I I. magno Taurinensium incommodo Charienses inter se disidētes, se sponte Roberto Calabrię regi, illac ad Italicam expeditionem trāseunte dediderunt, & annis fere quinque illi oppido dominatus est, quod trandem supremis tabulis, libertate donauit, cum Ioannam ex Carolo filio neptem h̄eredem reliquisset, minus ad tutandos remotos populos idoneam.

A N N O .

Ex archiuis
ducal.

A N N O C H R I S T I, M C C C X X X I X. mense Martio Beatrix filia Renaldi Marchionis Ferrariæ vxor Iacobi principis Taurini maximo, cum apparatu excipitur.

A N N O .

Ex archiuis.

A N N O C H R I S T I M C C C X L I I I. mense Iunio, defuncto Aymone Comite Sabaudię succedit Amedeus V. Viridis cognomine,

A N N O .

Ex Ecclesię
notis.

A N N O C H R I S T I, M C C C X I V. defuncto Guidone, successit Vullielmus eius nominis tertius Episcopus Taurinensis.

Ex archiuis
ducal.

A N N O C H R I S T I, M C C C X L V I. secundo nonas Augusti ciuitas Taurinensis fidei clientelaris iusiurandum Iacobo à Sabaudia principi Pedemontium Achaię, & Moreę persoluit.

Ex tabulario
ciuitatis &
Charij.

A N N O C H R I S T I, M C C C X L V I I. mense Maio, Charienses magno Taurinensium commodo se se vltro Amedeo comiti Sab. & Iacobō principi Pedemontium supposuerunt, & non multo post Monte regalenses.

Ex archiuis
ducal.

E O D E M A N N O, xvi. Kal. Septemb. idem Iacobus eam suam ciuitatem Taurinorum plerisque donauit priuilegijs, que subinde semper confirmari enixè curauerunt.

A N N O C H R I S T I, M C C C X L V I I I. mense Decembri post longa prelia inter Sabaudos Amedeum, & Iacobum, item Ioannem Montisferrati, Marchionem pax Taurini ita Clementis vi. Pontificis maximi oratoribus in eam rem missis, & cessit Ioannes Sabaldo ius omnne quod in ea ciuitate prætendebat, ita tamen ut Taurinensibus ignotum esset, qui Ferratenium partium fuissent. Tunc Taurini Nicolaus

à Ruuere

à Ruuere ciuis primarius demandatam gladij potestatem habuisse legitur.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C L I I I . defuncto Vullielmo Episcopo eligitur Thomas à Sabaudia Philippi Principis Pedemontium filius, Iacobi frater.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C L X . defecit Iacobus princeps ab Amedeo Sabaudiæ comite, varia dissidia, & motæ lites, in ius vocatus Iacobus, sententia damnatur, in iudicati executionem armatur Amedeus, & triplici agmine Vngarorum, Apulorum, cum suis Sabaudis Subalpinos premit, Iacobumbello capit, in vincula Ripolis coniicit, Sauillianum expugnat, & populatur alia quererentia oppida.

E O A N N O , mense Martio, Taurinum ab Amedeo in ditionem accipitur, liberantur ciues varijs oneribus à Iacobo impositis, auctatur ciuitas amplissimis priuilegijs. Adduntur certæ leges ne vnquam ciuitas, alteri quam vni supremo Sabado parere debeat: compensetur alijs oppidis Iacobus, & alia quedam ad mores, & ius reddendum opportuna cauentur. Hoc addito, ne proscripti homines ob tentatam tempore Philippi rebellionem, ylo vnquam tempore ab exilio reucentur, intromittanturue.

E O A N N O , idem Amedeus nobilitatem Pedemontauam priuilegijs, & immunitatibus illustrat salis quoque vestigal confirmat.

E O A N N O , paciscuntur principes, Taurinum Amedeo comiti ceditur, qui Iacebo permutationis iure confert pleraque Sabaudiæ remotiora oppida. Qualia sunt, Conflentium, Turnonum, Sallanchia, Bellofortensis regio, & castella aliquot, ad quæ, velut in ultimas terras, Iacobus quodammodo relegatur, dum interim Ludouicus Rauoria Domesni Gerbasijque regulus, Taurinensis ciuitatis, & aliarum Subalpinarum urbium pro Amèdeo possessionem adipiscitur, & moderationem suscipit.

E O A N N O , Pridie nonas Iunij, Amedeus comes Taurinum triumphantis instar ingreditur, quicquid à Taurinensibus rogatur eis liberiſſimus confert, priuilegia amplificat, statutis ornat salutaribus.

Ex notis Ecclie.

Ex tabulario & notis Saniliani.

Ex ipsa sententiata Ropolis mense Ianuario eius anni.

Ex tabulario ciuitatis diplomate dato Montis Galerij eo anno 24. Maij.

Ex ipso rescripto pridie idus Aprilis.

Ex rescripto dato Lancei 11. Maij eo anno.

Ex notis ciuitatis.

Ex ipso re-
scripto.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I . mense Octobri, Amedeus comes Sabaudia, Taurinensem iterum libertatem immunitatemq; validioribus verbis confirmat.

Ex ipso con-
tractu.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I I . mense Julio, Iacobus tertius nuptias cum Margarita filia Guichardi principis Belli ioci peragit, defuncta secunda Sybilla à Baucio, perq; eas contractas necessitudines tandem in gratiam redit Iacobus, & consentiente Amedeo ad Subalpinos reuertitur, ac Taurinum cum uxore venit, Amedeum ut salutaret, & exoraret.

Ex notis Ec-
clesiae.

E O A N N O , mortuo Thoma à Sabaudia præsule dignissimo succedit Bartholomeus Episcopus Taurinensis.

Ex diploma-
te dato Ri-
polis eo an-
no 27. Aug.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I I I . mense Augusto, Amedeus comes humanissimus Taurinam ciuitatem Iacobo principi reconciliato confert, beneficiario supremo iure retento, atque ipsis mandat ciuibus parere Principi.

Ex tabulario
ciuitatis.

E O A N N O VI . idus Septembris, Iacobus princeps Taurinum ingreditur, & concessa ab Amedeo priuilegia confirmat.

A N N O .

Ex ipso Ca-
fareo diplo-
mate.

A N N O C H R I S T I M C C C L X V . mense Maio, Camberij Carolus IIII. Imperator inter pleraq; antiqua Sabaudorum priuilegia, illud confirmat, supremi iuris, & authoritatis in Taurinensem Episcopū, prout in omnes alias ditionis Sabaudæ, siue cislalpini, siue tralalpini fuerint.

Ex archivis
ducal. & ciui-
atis.

A N N O C H R I S T I M C C C L X V I . mense Maio, defuncto Iacobo Pedemontium Achaiæ, & Moreæ principe, relictis Philippo, ex secundo thoro: & Amedeo, ac Ludouico, ex tertio filijs: inter primos duos de iure primogenitj orta controuersia, cumq; Philippum pater abdicasset, Amedeum hunc Taurinenses exceperunt: in quem Philippus bellum mouit, & ipsi Sabaudiæ comiti, qui Amedei tutelam suscepserat, & eis aliquandiu restitut.

Ex ipso di-
plomate ei⁹
anni 13. Iulij

E O A N N O , mense Julio, Amedeus Sabaudiæ comes, cum Amedeo pupillo Taurinum ingreditur, omni veteri prærogatiua, & singulari au thoritate ciuitatem exornat: illud inter cætera acceperunt, de prædijs rebusq; immobilibus in ciuitatis censum referendis.

A N N O .

Ex diploma-
te eius anni
die 24. Junij

A N N O C H R I S T I M C C C L X V I I I . mense Junio, idem Amedeus comes Taurinum denuo ingreditur, & suo tutorioq; nomine Amedei pupilli prisca ciuitatis confirmat priuilegia.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I X. mortem obiit Philippus sine prole, cui Amedeus frater tranquillior factus successit.

Ex notis ei^o templis,

Eo anno mense Martio, Amedeus comes Taurinum aduenit, quo arbitro acribus bellis datus finis, quæ bella inter Galeatum Mediolanensis Ducis filium comitem Virtutum, & Othonem Brusuensem Ducem, simul & Ioannem Marchionem Montisferrati intercesserant.

Ex archiuis ducal.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X I I I. defuncto Bartholomeo Episcopo succedit Ioannes secundus, qui Cardinalis à Clemente VII. Roberto Gebennensi factus Auenioni.

Ex notis Ecclæ.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X V I I. Nouembri, Amedeus comes beneficiario iure largitur Amedeo principi ciuitatem Taurinam, mon tem Callerium, Pinerolium, & aliquot alias, fideiq; clientelaris sacramentum comiti à Principe exhibetur.

Ex ipfis tabulis 20. Noubris.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X V I I I. mense Februario, & Martio, Amedeus princeps à ciuibus Taurinensibus ipsum etiam sacramen tum sigillatim exigit, quod supremo domino præstiterat, ille vero ciui tatis priuilegia confirmat.

Ex tabulis 15. Februar. & 8. Martij.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X . mense Septembri, Amedeus princeps Pedemontium, Achaiæ, & Moreæ vxorem duxit Catharinam filiam Amedei comitis Gebennensis, quam Taurinum magnis popu lorum plausibus deduxit.

Ex ipso contra 7. Se ptembris.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X I . mense Februario, Ludouicus Francorum Rex, in Pedemontanam ditionem, & Caroli Andegaui prisco iure aspirans, discussis rationibus, iuri cesis vniuerso, quod ha beret vel habere posset in toto Pedemontano agro, ac proinde Taurinensi ciuitate, idque in gratiam Amedei Sabaudiæ comitis, & Sabaudæ posteritatis.

Ex tabulis eo anno 9. Februar.

Eo anno Kalendis Augusti, Auspicijs Amedei Sabaudiæ comitis, idque Taurini pax insignis illa inter Venetam, & Genuensem

Ex archiuis ducal.
Blond.
Coirus.

respu-

Iustinianus
in histor.
Genuen.

respublicas ista est, cum insulam Tenedon inter eos controuersam, aliquot iam ante annis Sabaudo relictam, uno ore confirmarunt.

Ex archiuis
ducal.

Ex rescripto
dato Ripo-
lis eo anno
13. April.

A N N O. **A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I .** Kal. Martij, obiit Amedeus v. Sabaudiæ comes. Cui Amedeus vi. dictus Ruber successit.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I . mense Martio tumultus ingens Taurini suscitatus, explicatis etiam vexillis in villam Grasseam apud Groliascū, quod quāuis coloni sint finium Taurinensiū, parere recusarent, nec à vi & maleficio abstinerent, in eos impetus armata manu factus, exportata magna vis frugum, pecoris, armenti, & alia bellico furore commissa, diruti quoque muri Groliascenses, & iam tecta solo æquabantur, nisi Ripolas ad Amedeum comitem refugissent, qui clementissimus parcere subiectis voluit.

A N N O.

Ex archiuis
ducal. cōtra
ctu eius anni
20. Iulij.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I . mense Julio Taurini Ioannes Lascaris Colofæus Constantinopolitanus, aliquotque alij satrapes beneficiario iure comitatum Cephaloniæ, & alia quædam ab Amedeo Iacobi filio principe Achaiæ acceperunt, & Taurini sacramentū fidei, obseruantiaq; præstiterunt, polliciti etiam omnem operam atque opem ad eas oras, siue recipiendas, siue retinendas. Sed cum lentiorē se præberet Amedeus, Margarita Duratia, iamque Siciliæ Regina Achaiam aliquot post annis inuadit, tum Ferdinando Rhodiensis ordinis magno magistro eas Achaiæ oras vendit, multum, & frustra Sabaudo reclamante. Hæc in Sabaudum gesta, tum in Turcicas manus Achaiæ, & Morea decidit.

Ex tabulis e-
ius anni 10.
Maij. & 28.
Septembris.

Histo. Salut.
Nic. Giles.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I . Taurini publica summa hilaritatis testimonia edita, ob Barcillonenses Alpinos populos, qui se vltro Amedeo comiti, & Amedeo principi dediderunt, hinc princeps, Dux etiam Valmontium dictus. Nec multo post eo anno Nicienses maritimi Amedeum Comitem supremum dominum aduocarunt.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I . Clemens Pontifex Auenione Ioannem Cardinalem Taurinensem Lutetiam ad Carolum sextum Regem legauit, pro Siciliæ rebus lapsis erigendis, idemq; Cardinalis regem, Auinionē deduxit, vbi rebus Siculis consultum est, & Ludouicus Andegauus Ludouici filius rex coronatus.

A N N O

A N N O C H R I S T I M C C C X C I . Kalendis Nouembris, obiit
Amedeus vi. Sabaudiæ comes non sine veneni suspitione, quo etiam
crimine insimulatus Achaicus Amedeus, se manifestè purgauit. Ame-
deo sexto, septimus Amedeus successit.

Idem.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C X C V . Thomas Federici filius, Marchio
Salutiarum bello captus apud Monasteriolum oppidum: inde Sauli-
lianum, mox Taurinum traductus, vinculis ibi biennio integro man-
cipatur ab Amedeo principe Iacobi filio, quod sacramentum cliente-
lare Sabaudo denegaret. Tandemq; tractante Inguerra quodam Con-
ciaci regulo, qui Astæ pro Aurelianensi duce præfidebat liberatus est,
persolutis prius viginti duobus millibus, & quingentis ducatis Genu-
ensis notæ, sacramento denique principi solenniter dicto.

Ex archiuis
ducal.
Et historia
Salutiana.

A N N O C H R I S T I M C C C X C V I . Azo Salutianus Thomæ pa-
truus alijq; Salutianæ gentis factum Thomæ approbant.

Ex ipso con-
tractu eius
anni 1. Se-
ptembris.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C X C I X . dissidijs subortis inter Ame-
deum Achaicum, & Theodorum Ioannis filium Marchionem Montif-
errati pluribus de rebus, & oppidis, Arbiter Ioannes Galeatius dux
Mediolani vtrinq; electus, qui super omnibus cognosceret, excepta ci-
uitate Taurinensi, quæ sine dubio supremi iuris Sabaudi censebatur.

Ex cōtractu
dato Papie
eo anno 30.
Januarij.

A N N O C H R I S T I M C C C C . super eisdem dissidijs arbitrium
datum Amedeo vii. comiti Sabaudiæ.

Litteris da-
tis Clauasij
22. Noueb.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C I I . mense Maio post Amedei Achai-
ci mortem nullis masculis relictis, succedit in Subalpinis, & Taurinis.
Ludouicus frater, qui etiam dictus Achaiæ, & Moreæ princeps Tau-
rinum ingreditur, & ciuitatis priuilegia confirmat.

Ex inscri-
ptione tumu-
li Pineroli
apud Fran-
ciscanos ei⁹
anni 7. Maij
Ex archiuis

A N N O C H R I S T I M C C C I I I . mense Augusto Ludouicu-
sus ducta vxore Bonna à Sabaudia sorore Amedei vii. Comitis
Sabaudiæ, eam Taurinum deduxit, obuijs, & plaudentibus popu-
lis.

Ex cōtractu
dotis eo an-
no Câberij
24. Iulij.

Ex Histo. Sa-
lutiana.

A N N O C H R I S T I M C C C C I I I I . Septembri Amedeus Comes Sabaudiæ superatis Alpibus Taurinum ingreditur, à sororio Ludouico splendidissimæ excipitur. Illicque cum Theodoro marchione Ferratensi foedera ineuntur, cui Marchioni Margarita filia Ludouici principis despontetur.

Ex ipsi tabu-
lis 15. Febr.

A N N O C H R I S T I M C C C C V . Februario Ludouicus princeps priuilegia à maioribus concessa Taurinensibus confirmat, illud maxime de vctigalibus per ciues imponendis ad decennium.

Ex diploma-
te dato Mal-
filię eo anno
11. Kal. No-
vemb. anno
Pont. 11.
Hierony. Ca-
gnoulus in
proemiō ff.
Iacobinus
de S. Geor-
gio in tracta-
tu feudorū.

E O A N N O , Octobri Benedictus XIII. Pontifex maximus instantे Ludouico principe, Academiam siue omnium scientiarum vniuersitatem Taurini instituit, quæ prius in Vercellensi ciuitate multis retroactis seculis viguerat, sed iam senescebat, iacebatque ob bella flagrantia, & ciuium factiones, ut alię fere omnes Italicæ, hac excepta Taurinensi, quæ sub ditione Sabauda pace fruebatur. Et hanc ciuitatem tunc ipse Pontifex omnium antiquissimam iure optimo pronunciauit, ciuitatis Episcopo Academiæ Cancellario declarato.

A N N O .

Ex historia
Salutiana.

A N N O C H R I S T I M C C C C V I I . mense Februario, Taurini post longa dissidia, pax icta inter Ludouicum principem, & Theodorum Marchionem Ferratensem: Amedeo Sabaudiæ comite tractante, qui Comes non multo post sororem Ioannam vxorem dedit Ioanni Iacobo, filio Theodori Ferratensis.

A N N O .

Iidem.

A N N O C H R I S T I M C C C C X . mortuo Ioanne II. Episcopo, & Cardinali, succedit Aymo à Romagnano.

Ex tabulis
eius anni 8.
Aprilis.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I . pax perennis inita inter Amedeum Comitem, Ludouicum principem, & Theodorum Marchionem Genuensis comprehensis.

Et diploma-
te dato Budę
eius anni
Kal. Julij.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I I . mense Julio Sigismundus Imperator Pontificis summi exemplo priuilegium concessit Ludouico principi erigendæ Academiæ, & vniuersitatis Taurinorum, ad instar Parisiensis, Aurelianensis, Bononiensis Montispeßulani, & huiusmodi aliarum vniuersitatum.

Ex ipso di-
plomate &
monetis.

E O A N N O , idem Cæsar ius cudendæ monetæ Taurini ipsi Ludouico concedit, Amedeo adstipulante.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I I I . Ioannes XIII. Pontifex maximus erectionem Academiæ confirmat, ac de integro elargitur.

Ex archiuis
ducal.

Eo anno, mense Iunio Amedeus comes superatis Alpibus, cum ingenti exercitu Ludouito iungitur Taurini, inq; Thomam III. Salutianum Federici secundi Marchionis filium, clientelaria officia dengantem, & certis emendicatis apud Gallias sententijs res nouas suscitantem, indignati duo principes ferūtur, Carmagnolam, Bouinum, Tarauasium, atq; Salutias expugnant, Thomas tandem culpam agnouit, ad officium redijt, & iusurandum summis patronis Sabaudis, de more maiorum præsttit, idq; mense Iulio, & Sabauda stemmata oppidorum summis portis affixa.

Ex Salutia-
na historia.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I I I I . in Marchiones Ceux, ijdem principes Sabaudi properant, qui Salutiano adstitissent, eos iam prælio & precio clientes reddunt. Bonifacius, & Otho frater, nec non Garselascus, Lucas, Agamennon, Guillelmus, Oddetus, Henrietus, Mæfredus Marchiones Ceuae sensim omnes ad æquas conditiones descendunt, & Astensem Marchionem, quem in vinculis detinebant Sabaudis intentibus dirimtere sunt coacti: quod Thomas Mocenigus Dux Venetus suo ad Sabaudos rescripto celebrauit.

Ex tabulis
28. Septem-
bris & 6. &
14. Octob.

A N N O C H R I S T I M C C C C X V . Ludouicus Princeps pleraque priuilegia largitur Ceue Marchionibus, & populis receptis, qui Sabaudas partes in Aurelianensem Ducem Astę comitem tuebantur.

Ex rescripto
Veneto eius
annī 18.
Octob.

A N N O C H R I S T I M C C C C X V I . postquam Amedeus mense Februario Camberij Ducalibus titulis Sabaudiæ à Sigismundo Cæsare auctus fuisset, præter antiquissimos ducatus Chablaisj, & Augustæ, Alpibus traiectis Taurinum venit, à Ludouico principe regalibus ceremonijs excipitur, nec multo post ipse Dux arcem in ciuitate ad padi portam turribus quatuor conspicuam à fundamentis ædificat.

Ex ipsis di-
plomatib. Ce-
saris eius anni
die 4. & 10
Februarij.Ex notis ci-
uitatis.

A N N O C H R I S T I M C C C C X V I I . mense Septenibri, Martinus V. Pontifex Valentia rediens, per grata Sabaudia, & transgressis Alpibus Taurinum ingreditur, à Ludouico principe diuinis prope honoribus afficitur. Ille vero ad pietatem maxima priuilegia ciuitati indulget, & potissimum liberalitate singulari vtitur Pontifex ad padi pontem lapideum reficiendum.

Platina in
eius vita.
Ex bullâ da-
ta Taurini
17. Kal. Octo-
bris.

A N N O C H R I S T I M C C C C X V I I I . quarto nonas Decembris obiit Ludouicus princeps Pedemontium Achaię, & Moreę, nullis relictis ex vxore masculis, hærede instituto Amedeo duce, qui inde Sub alpinis, & Taurinis solus dominatus est, Achaici iuris successor: Et primogenij veteres controuersiæ in hoc Ludouico extinctæ, Taurinum Amedeus ingreditur, qui popolorum fidem, & sacramentum exceptit.

Ex inscriptio-
ne tumuli
Pinerolij.Ex tabulis e-
ius anni 6.
Septembris,
dat. Taurini

Ex tabulario
8. Febru.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I X . mense Februario Amedeus dux Sabaudię denuo Taurinum adit, & maiorum prisca priuilegia ciuibus benemeritis confirmat.

A N N O .

Ex tabulis
5. Iunis.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I . mense Iunio, Amedeus Dux iterum ipsis priuilegiis subscribit, & ampliora in decennium ex Taurinensi animi sententia elargitur.

A N N O .

Ex ipso re-
scripto eius
 anni 15. Au-
 gusti.

A N N O C H R I S T I M C C C C X I I I . Augusto Amedeus Dux Amdeo filio primogenito titulos Pedemontium, & Taurinorum principis tribuit, qui tituli postinde Ducum primogenitis ad successionem vocatis semper dati sunt, ut secundogenitis Baugiaci Brixie comatus concessus, vel etiam Gebennensis, quæ tamen à Geneua separata regio, Focuatibus siue Falciniaco intermedio.

Ex rescripto
ipso, pen. Se-
ptembri.

Eo ANNO mense Septembri, Amedeus dux vniuersitati & Academiae Taurinensi, quam aliam filiam suam vocat, pleraque confert priuilegia.

A N N O .

Ex tabulis pa-
cis eius anni
6. Aprilis &
ex contractu
11. Decemb.

A N N O C H R I S T I M C C C C X V I I . postquam pace, & foederibus cum Philippo Maria Anglo Duce Mediolani iustis ciuitas Verceliarum clarissima Amdeo Sabaudię duci obuenisset, idem Philippus Maria, Mariam filiam ipsius Amedei, renouata veteri necessitudine Taurini in vxorem duxit.

Ex tabulario
vniuersitatis

A N N O C H R I S T I M C C C C X V I I I . pestis acerbissima Taurinum inuasit, ob id translata Academia Taurinensis in Charium proximum oppidum, vbi per octo fere annos resedit.

A N N O .

Ex archiuis.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X I . mense Augusto obiit Amedeus primogenitus Amedei Ducis princeps Pedemontium, magno omnium moerore.

A N N O .

A N N O

A N N O C H R I S T I M C C C C X X X I I I . Amedeus Dux, Ludouicū filium Pedemontium, & Taurinorum principem salutari iubet. Ex rescripto eius anni 7. Nouēbris.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X V . posteaquam Io. Iacobus Mōtisferrati Marchio in laqueos Philippi Mediolanensium Ducis, ita incidisset, vt tota fere sua ditione spoliaretur, quam Sabaudi ope, opera, & consilio, Venetorum etiam implorata fide recepisset, sumptus tamen in eam rem impensos contra quam pactū fuerat re adepta denegasset, Ludouicum filium Sabaudus in illusorem cum exercitu contendere imperat, Alpes conscendit, Taurinum venit, Ioannem Iacobi Ferratensis filium bello capit, ad poscendam pacem patrem cum filio adigit: qua pace Taurini icta, Cispadanas vrbes & municipia in sumptuū iustā c̄stimationem Sabaldo cedit, qui demum liberaliter hæc Ioanni largitus est, & masculis Paleologis, Clientelari sola fide Sabaudo reseruata, quam Ferratensis, & suorum aliquot persoluerunt: masculi Paleologi defecerunt, & Sabaldo ius commissi liquidò obuenit, & alijs de causis vberioribus, lis quamuis sit adhuc sub iudice.

E O A N N O , Ludouicus Taurini vetera confirmat ciuitatis priuilegia, & per viginti annos nouum illud de imponendis vectigalibus largitur, & de nō vexandis ob crima ciuibus, nisi certis ex bono, & equo prescriptis modis, & conceptis formulis.

E O A N N O , peste etiam Charium inuadente, Academia Sauillanum translata, idque biennio.

E O A N N O , Amedeus Dux humanarum rerum tædio, æternæ saluti consulens, positis imperij fascibus, Eremitę vestitu, & vna secum senioribus septem accitis, quos Mauritanos equites dici voluit, Ripalianam Eremum ad Lemani lacus ripas ingreditur, Ludouicum principē Ducem salutari iubet, qui tamen modestiore producis siue (vt se vocavit) locum tenentis generalis titulo contentus, rempublicam consultissime tractauit.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X V I . Ludouicus princeps Taurinen sibus Academiam Sauiliā residentem restituit, pluribus additis priuilegijs, ne potissimum vnquam diuelli Academia possit ab ea sede, nec etiam supremi consilij Cisalpini semelfixum tribunal.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X V I I . purgata, & liberata tandem omnilue ciuitate, bellorum etiam obstaculis sublatis, Taurinum tandem florens Academia Sauiliā rediit, in eius diplomatis executionem.

E O A N N O , Ludouicus princeps edictum perpetuum in fœnatores promulgari iubet, vt duplo male ablata restituant, vt simulatę venditiones luendi pacto palliatæ non nisi ratione sexti pro centenario annuicanonis in commodum referant.

Extabulis datis Taurini, eo anno 27. Ianuarij.

Ex rescripto eius anni 8. Febr. u.

Ex notis collegij.

Ex notis eius seculi & archivis ducal. Aeneas Silvius, Pius Pa pa in epistola 101.

Ex rescripto Ripaliæ eo anno 6. Octobris.

Ex notis collegij.

Ex edicto dato Taurini 3. Februario.

Ex bullâ Eugenij data Ferrariæ eo anno xi. Kal. Iulij Anno pontificatus octauo.

Ex notis Ecclesiæ.

Ex notis Gaudentij Merulae.

Ex archiuis.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X V I I I . Eugenius III. pontifex Max. eam vniuersitatis, & Academiiæ restitutionem Taurinensibus confirmat, vberioribus additis priuilegiis, eo imprimis de fructibus sacerdotiorum studij causa percipiendis, ac si beneficiarij in suis sacerdotiis residerent.

E O A N N O Mortuo Aymone à Romagnano Episcopo sufficitur Ludouicus, eius Romagnanæ gentis Marchionum titulis clarissime.

I S Annus insignis siccitate in Subalpinis, Nam ab exitu Iulij ad vii. Idus Decemb. nullus, ne minimus quidem imber terras siti labores irrigauit, & non modo torrentes sed etiam fontes exaruerunt.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X X I X . Post quam in concilio Basiliensi omnium votis Amedeus Pontifex Max. electus, & quamuis recusans, Fœlix V. dictus, Duce, exin se dici Ludouicus filius permisit & subalpinos Taurinos inuisit.

A N N O .

Rescripto dato Geneuae eo anno ix. Augusti.

A N N O C H R I S T I M C C C C X L I . ob immensos sumptus ad Academiam sustinendam, Ludouicus dux approbante Felice V. parente Vectigal salis foranei florenorum duorum milium annui reditus Taurinensibus non recusantibus imposuit, Illud post modum Vectigal extinxit quinquaginta millibus florenis à ciuitate numeratis: Quod omne æs, & eo amplius in publica commoda impensum.

A N N O .

Aeneas Silvius in Europa.

Ex ipsa sententia 17. Iulii.

Ex diploma te 2. Februario.

A N N O C H R I S T I M C C C C X L V I T . mense Augusto Ludouicus dux Taurino mouens cum armata manu Valentiam, & Confluentiam inuadit, mortuo tunc sine liberis Philippo Mediolanensi duce sororio, cuius ditionem varij varie dilaniabant, Francisco tamē Sfortia præualente, qui Blancam Mariam Philippi spuriā duxerat, Dux inde Mediolani Sfortia dictus.

A N N O C H R I S T I M C C C C X L V I I I . sententia lata per supremum consilium Ludouici Dicis, qua priuilegia ciuitatis comprobantur, ius vectigalium imponendorum tribuitur quounque sublatto impedimento.

A N N O C H R I S T I M C C C C X L I X . Ludouicus Dux Taurini in solio sedens magno cum apparatu Magistratibus circumstantibus Jacobum à monte Maiori clarissimi stemmatis virum, ob sua in rem publicam benemerita, res preclarè, & fortiter gestas, quod cum Ame-

deo

deo parente & Auo orientalia peragrasset, innumerarū lustrasset provincias, quæ referuntur, eum Comitatus titulis affecit.

A N N O C H R I S T I M C C C L . Octobri, Amedeus olim Dux, indē Pontifex Maximus, post vbi sua sponte pacis & quietis appetens, ambitionis supraquām osor, se summa illa dignitate abdicasset, solis Cardinalis Sabinensis, Legatiq; retentis titulis, Nicolaum quintū successorē habere voluit, qui pontificatū suū, & in eo gesta omnia approbavit: Ille vero quamuis senex Alpes transcendit, a Taurinensibus, Pontificiis honoribus excipitur, Taurini de pace patriæ actum, & bella in Franciscum Sforciam Ducem Mediolani paulo ante creatum à Ludouico fuscitata prudenter extinguit.

A N N O C H R I S T I M C C C L I . Idibus Ianuarii vir ille sanctissimus Amedeus obiit Geneue, Ripaliam in suam Heremum trāslatus, vbi miraculis claruit: tandem violato ab impiis sacro sepulchro Taurinum nostro seculo transiectus, vt suo loco videbitur.

A N N O C H R I S T I M C C C L I I . Ludouicus Sabaudiae dux Taurinensium priuilegia confirmat, & cum Iureconsultorum collegiū statuta quædam edidisset, illa pronis auribus exaudiuit & approbavit.

E O A N N O mense Octobri Ludouicus dux cum aliquot ante annis Annam Iani Cypri Regis filiam in vxorem duxisset, simul cum uxore Taurinum ingrediuntur regio splendore à splendidissimis ciuibus excepti.

A N N O C H R I S T I M C C C L I I I . Pridie nonas Iulij, hora vigesima, cum expugnato Subaudicis præliis Isiliæ vico, Delphinatium finium, signa vasaque aliquot argentea è vici templo, à profanis quibusdam rapta Taurinum usque adiecta fuissent, interquæ cætera sacrosanctum Eucharistiæ ferculum in fascem inclusum esset: Envectius Mullus in via publica e regione templi Diui Siluestri iterum, atque iterum hæsitans ac cespitanus collabitur: dissoluti ruptique fasces, Rei miraculo erupit, & egreditur argenteus caducus in aëra sponte sua resiliens, & stans, donec aduenit Antistes Ludouicus Romagnanus, cum clero ac populo frequenti, quo præsente, & supplice, secundo miraculo uas illud argenteum humi decidit, Corpus vero CHRISTI in candenti illa orbicularis panis specie splendidissimum & quasi radiis perfusum per aëra subsistit, donec supposito calice in eum ipsum & Pontificis manus tertio miraculo decidit, tum in Templum diui Ioannis reuerenter relatum: Tandemque in marmoreo facello eo loci à ciuibus deuoto & erecto (vbi tanta tamque multa edita miracula) illud repositum, & in hodiernum diem sanctissimum Eucharistiæ sacramentum iugiter asseruatur, piaque totius populi deuotio colitur, & adoratione. Porro eius miraculi celebritas Dominica quarta Augusti, agi instituta. Hoc vel vno exemplo errores ad fidem Catholicam redeant.

Ex tabulario
Taur. & no-
tis 27. Octo-
br. eius anni.

Ex notis eius
seculi.

Ex ipso re-
scripto. 7. Se-
ptemb. eo an-
no & notis
collegij.
Ex notis ei-
us seculi.

Ex Historia
eorum tem-
porum.
Ex notis Ioā-
nis Galesij ci-
uis Taur.
Ex ciuitatis
archiuo &
inquisitione
teſtificatione
que publica
ſignis & ſigil-
lis obfirma-
ta.

Ex cere-
moniali libro ec-
clesię Taur.

Et rescripto
dato Gene-
ue 20. April.
eo anno.

Alio rescri-
pto 24. Aprilis.

Rescripto da-
to Anneckia-
ci penultimo
Maij.

Tabulis da-
tis Burgi 20.
Augusti.

Ex notis &
Historia Do-
minici Ma-
chanei.

Ex notis té-
pli diuæ Ma-
rie Mótis ca-
lerij & publi-
cis attestatio-
nibus.

Franciscus
Ieric' lib.3.
ca. 106. Ger-
maniæ exige-
os Mompe-
lier p Mon-
calier vocat.

Ex rescripto
dato Tauri-
ni. 5. Ianuar.

A N N O C H R I S T I M C C C L H I I I . Ludouicus dux Taurinensis bus priuilegia amplificat, & de vini introitu, de causarum remissione, de notariorum erigédo collegio, de sportularum interdictione, & aliquot aliis non modicæ frugis & emolumenti prouidet.

Eo ANNO, idem dux præbet facultatem ciuitati duos alueos extra hendi ex flumine Duriæ, vnum quod per ciuitatem, aliud quod extra defluat, & antiquum alueū e Sturia flumine a Druento pago resumere queat, idq; ad ciuitatis mundiciem, agrorūq; oportunas irrigationes.

Eo ANNO, idem Ludouicus non satis eam ciuitatem beneficiis complecti posse sibi videtur, cum etiam ærario suo & fisco detrahens, interdicit mulctarum omnem exactiōem, si intra biennium non exactæ fuerint.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L V I . post fœdera illa perpetua inter Ludouicum Francorum regem & Ludouicum ducem, Burgi inita, Regiis astantibus oratoribus, Taurinensem consensu definitè exoptatus est, qui iubente duce fœderibus subscripserunt.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L V I I I . mense Maio Taurini obiit Maria filia Amedei vij. Sabaudiæ ducis, & Philippi Mariæ Mediolanensem ducis olim coniux, sed virgo relicta. Hęc paternum animum imitata amplissimis ad pias causas legatis factis, Phonascos Basilicæ maioris instituit, inter moniales Diuæ Claræ se se deuouit, & eo in templo humiliiter, vti iusserat sepulta, annos nata LVI.

Eo ANNO, mensis Iulij initio, Bernardus Badensis marchio sancti monia vitæ vt natalibus clarus, Taurinum ingreditur qui postmodū suscepso Romano ad pietatem itinere, Moncalerij morbo intercipitur, & morte præuenitur. obiit xv. Iulij, & ob toties repetita varia mira cula, inter Diuos est habitus. Is Caroli frater, Iacobi filius, Bernardi mar chionum Badensium nepos.

A N N O C H R I S T I M C C C L I X . Taurini comitia fiunt, quæ trium statuum vocant, & commeatus ingentes ex publico liberaliter interrogatur Ludouico Sabaldo, Antiochiæ Principi Gebenensiūq; comiti, Ducis filio, in regnum Cypri proficiscenti, vxore prius ducta Charlotta Ioannis regis Cypri filia, & regni herede, Rexideò futurus. Atq; ob id denuo Taurinensia, totiusq; patriæ Subalpinę antiquissima à du ce confirmantur priuilegia.

E o

E O A N N O, Ludouicus Dux Taurinensis Academiam quę Mon caleriū certas ob causas trāslata fuerat restituit, atq; iterū ciuitatem ornari vult ea ppetua Academia, & supremi cōsilij pr̄rogatiua, quod cō filium authoritate Pr̄fecti pr̄torio pr̄fulgeat, & ad quod omnes ma gistratus refluant, litesq; in eo terminentur.

Rescripto
eius anni 15.
Martij.

E O A N N O, Dux idem Taurinensis primum concessit ius pistri norū & artificiorū, magni quidē reditus, quæ in Duria flumine multis sunt elaborata sumptibus, ac certæ iustę appositę conditiones.

Rescripto
Taurini 19.
Martij.

A N N O C H R I S T I M C C C L X . Pius v. Pontifex maximus Taurinensis salutarem legem dixit de ædificijs, aut feudis non ideo Eccl̄esiæ commissis ob canonis annui cessationem, nisi trina monitione intra quinquennium facta.

Bullis datis
Senis eo īno
4. Kal. Aug.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I . Ludouicus Dux indies erga Taurinenses propriis immensa priuilegia à maioribus, & recens accepta confirmat, necnon etiam vniuersæ Subalpinæ ditioni.

Ex rescri pto eius an ni 21. Maij.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X V . Kal. Februarij defuncto Lug duni Ludouico Duce Sab. succedit Amedeus eius nominis viii. qui Burgi tunc agens Sabaudorum clientelas exceptit. Taurini vero per delegatos à ciuibus, & Subalpinis populis sacramenta præstata.

Ex archiuis.

E O A N N O , idem Amedeus Taurinensis priuilegia confirmat, & singulis rebus, quæ ad Academiam conferrent prouidet.

Rescripto
dato Cabे riaci 29.
Martij.

A N N O C H R I S T I M C C C L X V I . Amedeus Alpes transcedit, & vniuersa Subalpinæ ditionis priuilegia, vt Taurinensium, indul gentissime comprobat.

Rescri. dato
Pineroli 8.
Octobris.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X V I I I . idem Amedeus, cum Taurino consilij tribunal aliquandiu abscessisset, suspensione prius facta, illud restituit, & maiorum placita, ac institutiones approbavit.

Rescripto
dato Auelia
ne 22. Aug.

A N N O C H R I S T I M C C C L X I X . defuncto Ludouico à Romagnano Episcopo Taurinensi, Ioannes à Compesio Sabaudus designatur, ab ipsis Taurinensis, cum veneratione suscepitus, Francisco à Pres Episcopo Augustensi ceremonias peragente.

Ex adeptio ne posse ssio nis eius anni
10. Decemb.

A N N O .

Ex notis ei^o
familie.
Onuphrius
in vita Si-
xti 4.

Attestatio
publica mul-
torum signa-
culis firmata

Ex notis e-
ius temporis.

Ex notis Ge-
orgij à Lu-
cerna eius se-
culi abbatis
S. Soluturis

Ex archivis
ducal.
Et oratione
Petri Caræ
senatoris ei^o
temporis.

Ex notis e-
ius æui.

Ex diploma-
te eius anni
idib. Augu-
sti.

A N N O C H R I S T I M C C C C L X X I . Franciscus à Ruere Leonardi fil. Cardinalis S. Petri ad Vincula, origine Taurinas, è familia Ruerea Sa- uonæ propagata, Pont. max. creatus, Sixtus quartus nominatur.

A N N O C H R I S T I M C C C C L X X I I . penultima Martij, quæ dies Lunæ à Paschate, cū Taurini Compesius Episcopus supplicationes pu- blice decreuisset, ad exposcendam à Deo salutem pro Amedeo opti- mo duce, qui tunc Vercellis lethali morbo afficiebatur, populo nudis pedibus gradiente, & linteis amicto, cum multis lachrimis, ipse Ame- deus omnium culis visus est, quasi super Solem assidens: ob quod tan- tum, & inauditum miraculum, postquam de eius obitu allatus fuit nuntius, eadem hora, & momento, quo sic visus fuerat, coli cœpit ab omnibus, crescentibus maxime alijs plurimis sanctimoniaz testimonijs.

E O A N N O , Philibertus Diui Amedei filius Dux, patri successit, Iolanda à Francia matre, & curatrice vigilantissima, quæ Taurinos amplissimis ornauit beneficijs.

E o ipso A N N O , mense Iunio, Taurini suscitata memoria Beati Gose- lini Abbatis, qui quatercentū & vndecim annis ante obdormiuerat, in numeris authore Deo elucescentibus miraculis. Nec procul inuentum corpus Beati Anastasij, Taurinensi Episcopo Compesio inquirente, de quibus Diuis superius diximus.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C C L X X I I I . mense Februario, Philiber- tus Dux, Taurini duxit Mariam primogenitam Galeacij Ducis Medio- lani ingenti cum dote, & publica maxima letitia.

A N N O .

A N N O C H R S T I M C C C C L X X V I I . Christophorus à Ruere ci- us & summus Iureconsultus Taurinensis S. R. E. à Sixto III. Pontifi- ce gentili suo Cardinalis, & Tarentasiensis Archiepiscopus eligitur.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C C X X I . Sixtus Pontifex maximus in- stante Ludouico Salutarum Marchione Salutias Taurinensi Episco- po suppositas ciuitatis nomine ornat, Episcopo primo creato Federi- co Ludouici fratre electo Carpentoratensi.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I . Sixtus Pontifex rescribit ciuib[us] Taurinensib[us], cum ab ea ciuitate maiores suos prodijſſe agnoscat, se decreuiffe ciuitatē eam nō paucis ornare priuilegijs, & collegiū studiosorum erigere, ac prōuentibus dotare, & pleraq[ue] alia ad vrbis publica commoda, quę morte, anno octuagesimo quarto mense Augusti prēuentus p[re]stare nequivit.

E O A N N O , Dominicus à Ruuere, ciuis Taurinensis post eius ciuitatis, & Montisflasconensis Episcopus, ad Cardinalitium apicem suo merito concendit.

E O A N N O , x. Kal. Maias, immatura morte sublato Philiberto Duce sine sobole, Carolo fratri adhuc puero sceptrā obueniunt, tutelam assumente Iolanda à Francia matre prudentissima.

E O D E M A N N O , Iolanda tutorio nomine Caroli Ducis, Taurinensib[us] Academiam, & cetera confirmat priuilegia.

A N N O C H R I S T I M C C C L X X X I I I . Kal. Nouemb. idem Carolus Dux Taurinum, cum matre ingreditur, munificentissime à ciuib[us] exceptus.

E O A N N O , idem Carolus tutelā soluitur, & solus indulgens Taurinensib[us] priuilegia abunde confirmat, illud potissimum vniōnis perpetuæ consilij, atque vniuersitatis.

E O A N N O , IIII. idus Decembris, Dominicus à Ruuere tituli Sancti Clementis S.R.E. Cardinalis (Ioāne à Cōpesio ad Archiepiscopatū Tarentasiensem translato) in possessionem huius Episcopatus mittitur, Taurini piissime excipitur: Cui obuiam fuerunt Carolus Dux, simulque Ludouicus à Sabaudia ducis patruus Auxitanensis Archiepiscopus.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X V . pridie Kal. Sextiles, obiit Taurini Iacobus Ludouicus à Sabaudia, diui Amedei filius, & Caroli Ducis frater, magnę expectationis adolescens, in templo diui Ioannis sepultus.

E O A N N O , mense Aprili, Carolus Dux vxorem duxit Blancham filiam Guilhelmi Marchionis Montisferrati, quam Taurinum magna pompa deduxit.

A N N O .

A N N O C H R I S T I M C C C L X X V I I . octauo Kal. Iunias Taurini conueniunt trium ordinum delecti, & ob iudicata bella in Ludouicum Ludouici filium Marchionem Salutarum, & asseclas, conferunt populi duci viginti millia nummum florenorum.

Ex ipsi litteris siue breui 23. Martij.

Ex notis eiusdem seculi.

Ex notis eiusdem seculi.

Rescripto dato Vercellis 18. Aprilis.
Ex notis eiusdem seculi.

Rescripto dato Taurini 13. Novembris.

Ex notis Ecclesiae Taurinensis.

Petrus Carafena tor in epistola consolatoria ad Carolū ducē

Ex archiuis.

Ex archiuis.

Ex notis ei^o
seculi.

E O A N N O , quarto idus Iulij Taurini nata Ludouica Iolanda Ca
roli ducis, & Blanchæ Ferratensis filia.

A N N O .

Ex notis &
Diario Ioā.
Petri Galal
di eius secu
li.

A N N O C H R I S T I M C C C C X X X I X . vii . Kal. Iunij, Diui Io. Ba
ptistæ die festo Taurini, natus Carolus Ioannes Amedeus Caroli du
cis, & Blanchæ filius, baptimate tinctus Taurini quarto nonas Augu
sti: Dux & ipse futurus.

Ex tabulario
ciuitatis.

E O A N N O . xii . Octobri, Taurini conuocatio fuit trium statuum:
Qui Carolo duci, ducentum millia florenorum conferunt, ad sumptus
bellicos in Ludouicum Marchionem Salutiarum ferendos, & rebelles
alios aliquot, & ad viaticum in Gallias sustinendum, quod regem Ca
rolum pars vtraque pacis arbitrum elegisset.

Ex eisdē no
tis Gaſtaldi,

A N N O C H R I S T I M C C C C X C . ii . idus Martij, obijt Carolus
Dux, relicto sceptri successore Carolo Io. Amedeo infantulo, sub tute
la Blanchæ Ferratensis, non sine maxima ob eam tutelam inter pro
cesses contentionē suborta, eleuati per Taurinensia compita factiosi, Ar
matur ciuitas, vicatim configitur, plures vtrinque lesi, necati aliquot:
nec sine negotio tumultus sedatus.

Iidem.

A N N O C H R I S T I M C C C C X C I . mense Martio^o, obijt Taurini
Franciscus à Sabaudia Episcopus Auxitanensis Geneuenisque, qui
patriæ gubernacula tenebat.

Ex eisdē
notis.

E O A N N O Blancha tutorio nomine, supremo iure (quod patro
natus vocant) vfa, sede Geneueni vacante Antonium Campionem
Cancellarium Montis regalis præfulem, Geneuensem etiam Episcopū
nominat, & de more Pontifici maximo præsentat, similem nominatio
nem alteri exposcenti constanter denegat, initante quamuis pro affine
suo, Ludouico Cameræ comite, & magnatibus aliquot. Cameranus
ob repulsam sibi factam indignatus Geneuam festinare contendit, &
quâ transit armata manu omnia populatur, & gentilem suum vi in
troducit.

Ex sententia
lata 20. Se
ptembribus eo
anno.

E O A N N O , Taurini in ius vocatur Cameranus, illatum crimen,
& capitalis quæstio proponitur, vadimonij diem obire protelat, ere
modicij damnatur, inclamatus, proscriptus declaratur, commissa præ
dia clientelaria, sed tandem exorante Francorum Rege, ad quem se
contulerat, in integrum restituitur.

Ex eisdē
notis.

E O A N N O , mense Iulio Magdalenes festo die, Labans vetustissi
mū diui Ioannis templū, æquatur solo, & elegantiori forma à funda
mentis longe amplissimum erigitur, impensa, atque opera Cardinalis,

& Epi-

& Episcopi Dominici Ruuerei, iacto primo lapide simul, & aureo numismate à Blanca principe piissima.

A N N O.

A N N O C H R I S T I M C C C C X C I I I R. viij. Idus Septembris, Carolus viij Francorum rex, superatis alpibus in Italiam descendens, Taurini inaudita magnificentia excipitur, Dux quamvis infans Regi obuiam fuit, phalerato, & generoso equo insidens, eleganti oratione se & solum suum regiis placitis obtulit: per ciuitatis cōpita Caroli magni gesta appositiē repräsentata, nihil ornatius excogitari potuit: ad quod spectaculum ipse Rex Carolus præ gaudio illachrymasse visus est, Blācha vero mater Regem re ipsa, id est auro, armis, viris ad expeditionem Italicam iuuit liberalitate incredibili.

A N N O C H R I S T I M C C C C X C V . Præfectis militiae & regiis copiis ex Neapolitana expeditione redeuntibus, eos vna cum Rege Taurini Blanca suscepit, ac recreauit. Rex inde Taurino mouens, ut Nouarenibus obfessis faueret, in Mediolanenses & Venetos prope rat, Pax inde Vercellis, Blanca etiam tractante icitur.

A N N O C H R I S T I C C C C X C V I . xvij. Kal. Maias, immaturā mortem oppetiit Carolus Io. Amedeus Dux, vix septimum attingens, cui Philippus magnus patruus successit.

Eo anno, Philippus dux Iölandam Ludouicam infantis Dūcis sororem superstitem collocari Philiberto primogenito curauit, ad patriæ tranquillitatem conseruandam. Nuptiæ Taurini celebratæ, sed non diuturnum matrimonium perueniente vxoris interitu.

Eo anno, VII. idus Iulij Philippus dux victiarum annorumq; plenus, vbi cunque terrarum celeberrimus, Taurinum solemniter ingreditur, ciuium ora & animos admirabili sua presentia redintegrat.

Eo anno, Philippo duce hortante Alexander xi. Pontifex max. legati à latere suprema dignitate Dominicum à Ruuere Cardinalem ordinat, hic vero protector Sabaudi nominis apud Pontificem vocatus.

A N N O C H R I S T I M C C C C X C V I I . mēse Octobri, Dux Philippus Taurini lethali morbo corripitur, Camberium (vbi natus & educatus sub iūsalubriore sibi cœlo) trāsportari se curat, vbi mēse sequenti naturæ cedere eum oportuit, relicto Philiberto fortunarum successore, & numerosa prole.

A N N O C H R I S T I M C C C C X C V I I I . Dominicus à Ruuere Taurinorum Episcopus, & Cardinalis, octauo anno vix integro, magna sua impensa, maiore diligentia, pietate vero maxima, diui. Ioannis tem-

Ex nctis eius
seculi, & cō-
mentarijs
Martini à
Ruuere Vi-
conoui re-
guli.
Philippus
Comineus
ab A:gentō.

Petrus Ca-
ra in histor.

Ex tabulis
pacis 10.
Octobris.

Ex orat. Pe-
tri Caræ.

Ex tabulis
12. Maij ei⁹
anni.

Petrus Cara
in oratione
tunc habita.

Ex literis ip-
sius ducis
ad Pontificē

Ex notis ei⁹
seculi.

Ex inscri-
ptione mar-
morea tēpli.

plum opus insigne, a fundamentis augustiore ornatu construxit & absolvit.

*Petrus Cara
in oratione
habita.*

Eo anno. quarto nonas Decembris Philibertus eius nominis secundus, pulcher cognomine ob formae præstantiam dictus, Taurinum regali cœtu & ornatu applicuit, applauferunt populi, & supremos honores reddiderunt.

*Ex diploma-
te eius anni
29.Iulij.*

Anno Christi MCCCCXCIX, Ludouicus xij. Francorū rex cessit Philiberto Duci quicquid ipse, & futuri reges aspirare vñquā possent in eis omnibus ditionibus quas tunc temporis dux possidebat, & tunc imprimis Taurino dux potiebatur.

Eo anno. defuncto Dominico à Ruuere Cardinali, Io. Ludouicus à Ruuere Episcopus Taurinensis vir optimus sufficitur.

*Ex codicillis
regiis ei⁹ anni
3.octobris
& 28.eiusdē.*

Anno Christi MD. post expugnatum à Ludouico Rege Mediolanum, Ludouico Sfortia expulso, ipse rex Philibertum Ducem benemerētem donat reditu annuo viginti millium coronatorū, ex erario Mediolanensi, Taurini persoluendorum.

*Ex cōtractu
26. Septem-
bris ei⁹ anni.
Nicol.Vigne-
rius i chron.
Burgundiæ.*

Anno Christi MDI. defuncta prima vxore Iolanda Ludouica, Philibertus dux Margaritam duxit Austriacam Maximiliani Cesaris, & Margaritæ Burgundicæ filiam, In qua Maria Catoli Burgundiæ Ducis filia vnica, desierunt Burgundiæ duces, & cœpta inter Francos & Austriacos de ea ditione acerba contentio.

*Ex notis ei⁹
seculi.*

Anno Christi MDII. Ludouicus Francorum Rex superatis Alpibus caterua grandi Salutias venit quarto Julij: quinto vero die Carmaniolam, & alia subalpina oppida peragrat, expeditionem Neapolitanam tentaturus, paulo ante Neapoli Hispanis viribus occupata.

Eo anno. xj. Kal. Ianuarias, Philibertus dux Taurinum venit, Margaritam coniugeim excepturus.

*Ex notis ciui-
tatis.*

Ex eisdem.

Anno Christi MDIII. mense Februario Margarita Taurinum ingreditur, digno tanta principe apparatu, cui nihil desiderari ad augustum splendorem potuit. A patria vero hic habitis comitiis ob iucundum aduentum, quinque millium florenorum munere do natur.

*Ex notis, &
Onuphrio in
pontificibus.*

Eo anno. kalend. Nouembris, Julianus à Ruuere Cardinalis, Raphaelis, Sixti quarti Pontificis fratris filius, Natalibus Saouensis, origine Taurinas, Pontifex max. creatus, Iulius secundus dictus.

*Ex notis Lu-
douici à Pin-
gon patris.*

Anno Christi MDIII. quarto idus Septembris, Philibertus secundus dux dies clausit in arce pontis Indici, eomet cubili quo natus fuerat, nullis relictis liberis, Carolo fratre Philippi ex secundis nuptiis filio, fascium ducalium successore, qui vt ceteros populos, Taurinenses in fidem clientelariam benignissime suscepit.

Anno.

ANNO CHRISTI MDVI. mense Martio, Carolus dux superatis Alpibus Taurinum cum apparatu pro dignitate ingreditur, ciuitas hilatatis omnem præbuit significationem.

Eo mense, Carolus dux Taurino oratores ad Iulium secundum Romanam misit, officiis acrosanctæ Ecclesie persoluendi gratia.

Eo ANNO, obiit Taurini Io. Ludouicus à Ruuere Episcopus, cui Joannes Franciscus à Ruuere Antonij Episcopi Agennensis frater ipse doctissimus, & doctorum fautor ac Mecenat feliciter succedit.

Eo ANNO pridie nonas Septembbris, Erasmus Rotherodamus tuuc catholicus, ordinis sancti Augustini monasterij vulgo dicti Steyen Traiectensis in Holandia, Taurini post assidua studia lauream suscepit in summis Theologiæ facultatibus licentiosius eruditione (ut iudicarunt summi religionis Antistites) postmodum usus.

Eo ANNO mense octobri, Carolus dux Taurinum iterum venit: ciuitatis priuilegia confirmat, leges & edicta statuit, illud potissimum de non alienandis, quacunque ex causa patrimonij rebus, quod iam pridem Ludouicus, Carolus, & Philibertus ancierant.

ANNO CHRISTI MDVII. mense Aprili, Ludouicus Francorum rex cum magno exercitu Alpes transcendit, in Genuam cōtendēs. Dux Carolus Taurino egressus obuiā illi fuit xvi. Kal. Maias, & ad motem Callerium deduxit, sexto vero idus Maij Genuam quæ paulo ante defecerat recipit.

Eo ANNO. mense Nouembri, idem rex dat Carolo duci bene merito viginti milia librarum Turonensium, quæ quot annis Tauriui ex æario Mediolanensi penderentur.

ANNO.

ANNO CHRISTI MDIX. Maximilianus Cæsar cum priuilegia aliquot Guillermo Ioanni Marchioni Ferratensi in subalpinis concessisset, declarat, non voluisse quidpiam iuri Sabaudo detrahere.

ANNO CHRISTI MDX. detectæ cuiusdam Ioannis Furnei variæ fraudes, qui à secretis aliquot Sabaudiæ Ducibus inseruierat, & accepta quadam iniuria indignatus, quod minus in offensorem animadversum fuisset, malo vindictæ animo, malis artibus, falsis q; syngraphis ditionem ferè totam Heluetiis & aliis principibus oppignerarat, nec Taurino præterito, quibus magna difficultate & impedimento occursum est Cæsaris etiam, Regis, & principum virorum (quorum fidem Dux Implorauit) interposita authoritate.

ANNO.

Rescripto dato Taurini 15. Martij

Ex tabulario & notis ciuitatis & collegij.

Diplomate dato Taurini 18. Octob.

Ex notis paternis.

Rescripto dato Mediolani, eo anno prima Iunij. sig. Robertet.

Rescripto dato in Luâ penulti. Iunij.

Ex notis paternis & delegatione patri commissa eo anno 18. Septembbris.

Ex rescripto Ludouici regis Francorum dato Bla si 17. Ianuarij, & rescripto Maximi liani Cæsaris 3. Febr. eo anno.

Onuphrius
in chron.

Rescripto da-
to Taurini
19 Decemb.

Ex cōtractu
dotis Tauri-
ni x. Maij.

Onuphrius
in vita Leo-
nis x.

Ex diploma-
te Pontificio
Franciscus
Purpuratus
in ff. de offic.
assessoris.

Ex commen-
tariis Petri
Lamberti
Cruciani ra-
tionalis Prä-
fidis.

Ex notis pa-
ternis.

Fx eisdē no-
tis.

Ex notis Pe-
tri Gaſaldi.

A N N O C H R I S T I M D X I I I . ix. Kalen. Martij, Iulius secundus à Ruuere pontifex mortem obiit, cui Leo x. Pontifex succedit.

Eo A N N O , quo tempore Ludo uicus Francorum rex Rauennam expugnabat, Carolus dux Alpes superat, Taurinum præsidiis munit, & ciuitatis atque vniuersitatis priuilegia amplissime confirmat.

A N N O C H R I S T I M D X I I I I . Taurini Iulianus Medices Lauren- tii filius & Leonis x. frater, vxorem duxit Philibertam à Sabaudia Phi- lippi ducis filiam, & Caroli III. sororem.

A N N O C H R I S T I M D X V . Leo x. Florentinus hanc ciuitatem iam à Sixto III. exemptam a Mediolanensi Metropoli seiunxit, & ipsam in Metropolim erexit, Archiepiscopo primo instituto Ioanne Frā cisco Ruuereo, cui Eporediensem, ac Monte Regalensem Episcopos comprouinciales subiecit.

Eo A N N O . mense Septembri Franciscus Francorum rex Caroli ducis Sabaudiæ exforore Ludouica nepos, qui mortuo Ludouico xij, paulo ante inauguratus fuerat, superatis Alpibus Taurinum cum exercitu venit, à duce auunculo exceptus, eius opem ad expeditionem Mediolanensem implorat. Nec tunc Mommorantio instantे dux quamvis valetudinarius, sui etiam copiam recusare potuit, ac proinde Regi adhærens Heluetiorum partem optimam, Bernenses inquam, Friburgenses ac Solodurenses, aduersariarum partium ab acriore pugna auertit, secum traxit, & Marignanam victoram Mediolanensemq; ditionem causatus est. Neq; ideo Maximilianus Cæsar auditis Caroli iustis ratio- nibus, & quod necesse tunc sic fuerat, factum improbare potuit.

Eo A N N O , Carolus dux Taurino mouens cum exercitu Cœuā, & adiacentia oppida quæ defecerant expugnat, & ad officium reuocat.

Eo A N N O , mortuo Ioanne Francisco à Ruuere primo Archiepisco, sedē quidē impetrat Innocentius cibo Cardinalis, sed interposi- tis certis pactionibus succedit Claudio III. à Seycello Massiliensium, tunc Episcopus, natione Sabaudus Aquensis, qui Iureconsultorum elo- quentissimus, & eloquentium Iureconsultissimus sui seculi dici potest, tot in iure & veteri historia libris attestantibus.

A N N O C H R I S T I M D X VI . Iulianus Medices & Philiberta Sa- bauda coniuges Taurinum magnificentissimis, & exquisitis apparati- bus ingrediuntur: carmina varia, & inscriptiones in portis & compitis, aureis literis in coniugum laudem affixæ, Leo Pontifex Iuliani frater innumeris ciuitatem priuilegiis exornat, Camberium apud Sabaudos, & Burgū ciuitates appellat, illa Archiepiscopali hac Episcopali sede insignitis. Maximilianus Cæsarius ciuitatum confirmat: Francisco ta- men rege repugnante: & ad hanc diem res quodammodo neglecta, est quod quæ essent religionis magis, quam quæ ambitus spectata fuerint.

A N N O C H R I S T I M D X V I I . prodigia magna, phalanges armatorum numerosae in aëre configere sunt visæ.

Eo anno, Franciscus Rex occasione nocta eius erectionis geminarum in Sabaudia ciuitatum, in Ducem primas bellorum flamas concipit. Quas dum Cæsar extinguereliteris & legatis conatur, accedit vehementius.

A N N O C H R I S T I M D X V I I I . Taurini conueniunt aliquot Coconati & Radicatæ comites, qui Carolo Duci ius ipsorum comitatuū cedunt, Bernardus inquam in Brosolum, Ioanninus filius Dominici, Alemanus, & Vullielmus filius Conradi, Raphael filius Vullielmi, atque alij Coconates: in quam ditionem Pedemontio contiguam, & permixtā Philibertus dux alijque duces iam aspirarant.

A N N O C H R I S T I M D X I X . mense Ianuario post Maximiliani Cæsaris mortem, Carolus V. Philippi Hispaniarum Principis filius absens, in Germania Cæsare legitur, ob cuius fausta auspicia Taurini hilaritatis publica significatio secuta.

Eo anno, pridie Cal. Aprilis, obiit Blanca Guillielmi Marchionis Ferratensis filia, & Caroli primi vidua, herede instituto Carlo tertio Duce in Ferratensis successionis iuribus, præter ea quæ iam Sabaudo amplissima competit, & Pedemontanæ hypothecæ, quibus etiam in Taurinensi agro Blanca fruebatur, ad Carolum redierunt.

A N N O C H R I S T I M D X X . mortuo Claudio à Seyssello Archiepiscopo, succedit Innocentius Cibo Cardinalis, iam tuum Archiepiscopus à Leone x. designatus, cum Ruuereus diem obiisset: sed instante Carolo Duce Claudio cesserat, reseruato sibi (vt dicunt) regressu.

A N N O C H R I S T I M D X X I . exacuuntur bella inter Cæsarem & Francum ob Mediolanensem ditionem, quam Cæsar Franco eripere nititur: cohortatus ab utrisque dux Carolus ne aduersario faueat, nœue commeatū vel iter præbeat. Difficilis & periculosa Sabaudi futura inter tot turbines, ac tot tantosq; scopulos, & validissimos ventos ex aduerso reflantes nauigatio.

Eo anno, Carolus Dux vxorem duxit Beatricem filiam Emanuelis Lusitanorum Regis.

Eo anno, mense Decembri obiit Leo x. cui Adrianus vi. Cæsar olim institutor sufficitur.

A N N O C H R I S T I M D X X I I . mense Martio, Beatrix Lusitana Taurinū ingreditur, supraquām dici potest sumptuosè excepta, & a populis qui Vigoni conuenerat quinquaginta millia florenorū liberaliter officilem aduentum collata sunt. Peste tandem sequente Taurino discessum, Dux ipse pedibus, traiectis alpibus Câberium ad sanctam veneram Syndonem ex voto venit, assumptis secum duodecim peregrina-

Rouerus Pôtanus lib. rerum memorabilium. Literis Maximiiliani eo anno 20. Septemb.

Ex actis Taurini 10. Martij 21. Maij. 9. & 27. & 25. Nouemb. eo anno.

Ex notis ei⁹ seculi.

Ex sepulchri inscriptione Cariniani apud Augustianos.

Ex testamento 12. Febr. eo anno.

Ex notis Ecclesiæ & inscriptione sepulchri in tēpli factario.

Ex eisdē notis. Historia Antonij Dorie & aliorū.

Ex cōtraactu dato Vlysi pone. 20. Martij. Ex notis Ludsonici pris. Onuphriu.

Ex eisdē notis paternis.

Neuisanus in sumario statutorum

- Ex notis Ru
uereis .
ultimo die
Martij.
- Ex notis pa
ternis.
- Ex diploma
te dato Lug
duni. 10. Se
ptembris eo
anno.
- Onuphrius .
- Nicol. Giles.
- Ex notis pa
ternis.
- Ex rescriptis
tribus datis
in abbatis S.
Francisci an
te Papiam.
xi. Nouemb.
- Ex notis pa
ternis 18. Ja
nuarij. 25. Fe
bruarij.
Gallica sup
putatio vet
a resurrectio
ne. 1524. nu
merat.
Cōtractū a
pud sanctum
Germanum.
7. Aprilis.
- Ex tabulario
ciuitatis.
- Ex notis pa
ternis.
- Ex eisdem
- tionis sacræ comitibus, inter quos Lælius Ruuereus Viconuanus, Taurinensis patricius electus.
- E O A N N O mense Decembri, natus Adrianus Io. Emanuel trino minus, Caroli ducis primogenitus, sic ab Adriano Pontifice denominari, iussus qui infans obiit.
- A N N O C H R I S T I M D X X I I I . Franciscus Francorum rex cedit omni iuri quod prætendere vñquam posset in ditionem Sabaudam, Nicensem, & Pedemontanam, cuius caput (vt sæpius dictum) Taurina hæc ciuitas.
- E O A N N O mense Septembri, obiit Adrianus Pontifex quem Clemens septimus Mediceæ gentis se quutus.
- E O A N N O nata Franciso Francorum Regi Margarita filia, Dei prouidentia dux Sabaudiæ destinata .
- E O A N N O , mense Decembri natus Carolo Duci Ludouicus Princeps Pedemontium .
- A N N O C H R I S T I M D X X I I I I . Carolo Borbonio Duce à Franco deficiente, & Masiiliæ expulso, cum in Italiam venisset, Rex fugientem armata manu prosequitur, Dux regem Taurini excipit, auxiliariis copijs iuuat, Mediolanum à Rege mox recipitur, obsidetur Papia, Dux à Rege ingentibus donatur muneribus, confirmatis & pensitatis eisdem quæ olim Philiberto Duci annuis honorariis debebantur.
- A N N O C H R I S T I M D X X V . (quo in lucem prodij) Franciscus Rex in Papiensi cōflictu à Cæsarianis capitur in Hispaniam abducitur Ingenti ære redimitur. Taurinensis ager diripitur, Carolo Duce nulla vñquam necessitudinis erga Regem aduersis eius temporibus prætermittente officia .
- A N N O C H R I S T I M D X X V I . postquam obsidibus datis ipsius regis liberis, Rex in Galliam rediisset, tractatum matrimonium Ludouici principis Pedemontium, & Margaritæ Francisci Regis filiæ, quum prium peramborum ætatem liceret.
- A N N O C H R I S T I M D X X V I I . mense Septembri, Lautrecus dux exercitus Gallici, trāmissis Alpibus per Taurinatem agrum iubente Carolo duce deducitur, qui ad Papiam expugnandam fœliciter, sed ad expeditionem Neapolitanam infeliciter profectus, Taurinenses quoque & Subalpini à Borbonio, & Cæsarianis vastati. Roma capta, direpta, ipse etiam Clemens vincitus grandi pecunia liberatur, at Borbonius murum primus ascendens ictu globuli oppetiit.
- A N N O C H R I S T I M D X X V I I I . famem sequissimam per subalpinos, & fere vniuersam Italiam grassantem, pestis immanis, vitam simul miseris mortalibus suppressit .

Eo ANNO, VIII. idus Iulij extremis malis ingens bonum Camberij intercessit, natuitate Emanuelis Philiberti Sabaudie ducis principis que Pedemontium, Caroli & Beaticis filij, qui Taurinorum restaturator, patrię parens, & sui seculi gloria futurus erat.

Ex notis paternis.

ANNO CHRIS TI MDXXIX. VII, Calen. Decembri, qui diuq Catharinę facer erat, nata Taurini Catherina, Em. Philiberti soror.

Ex eisdem.

ANNO CHRISTI MDXXX. mense Februario, Carolus Dux postea quam Taurini conuocatis populis donatus munere fuisset sexaginta millium florenorum, Taurino mouens cum instructissima procerum torquatorum caterua Bononiam proficiscitur, ad Caroli V. inaugurationem accersitus, vbi inter imperij principes, principem, & honorificentissimum locum obtinuit, quippe qui in solenni pompa pomum siue mundiglobum, quo summum imperij decus significatur, ipse gestauerit, atque prestita beneficiaria fide, maximis à Cesare priuilegiis auctus domum dimittitur.

Ex diploma te Cesareo dato Bononiae eo anno 8. Maii.

Eo ANNO, mense Julio, nata Taurini Maria, Em. Philiberti soror, quæ infans Taurini quoque decessit, sepulta in æde Angelorum extra urbem.

Ex notis eisdem.

ANNO CHRISTI MDXXXI. Ferdinandus Caroli quinti frater, cum nonis Ianuarij rex Romanorum Coloniæ salutatus à fratre, & electoribus fuisset, de ea re Carolum ducem certiores per legatos fecit, qui Taurini, vbi agebat, publicè lēticiè testimonium dedit amplissimum.

Ex eisdem notis.

Eo ANNO, Carolus imperator, qui Isabellam Lusitanam Emmanuelis Regis filiam, & Beaticis sororem duxerat, ipsi Beatrici Sabaudæ, & masculis liberis primogenitis Astam ciuitatem, antiquo iure iam Sabaudis debitam contulit.

Ex rescripto 3. Aprilis possessione 19. Maij & fidelitate 22. Maii.

ANNO CHRISTI MDXXXII. Ludouicus Pedemontium princeps Caroli ducis primogenitus, vix decimum attingens annum in Hispaniam à patre mittitur, non sine Franci indignatione, quæ in Sabaudum odia acriora concitauit.

Ex eisdem notis.

ANNO CHRISTI MDXXXIII. prodigiorum varię species, monstra terris, non tam corporum quām sectarum enata, cœlo phas mata, & torres visi, facillum illud insigne Camberij, in quo sancta Syndon asseruabatur, flammis exustum Decembri mense Barbarę festo die, ipsa quidem Syndon illeſa, per medias flamas exportata. Sed illa omnia proximaruni calamitatum (si dicere licet) infausta presagia.

Ex eisdem & vidi, & memini.

Ex notis Pe-
tri Lamber-
ti preſidis.
Et paternis.

A N N O C H R I S T I M D X X X X I I I . postquam Massiliæ Clemens Pontifex cum Francisco Rege conuenisset, & de nuptijs Catherine ex patruelis filio neptis cum Henrico Regis secundo genito concluſum eſſet, morsq; Philippi Sabaudi Nemorosi Ducis Caroli fratriſ, eo loci ſubsequuta, & de Sabaudia tanquam Italiam porta occupanda conſilium Regi datum, ſi Italiam tutò ingredi cuperet, Dux Carolus Taurinum, quaſi in patriæ arcem feceſſit, vt quoq; Geneuenses tumultus de religione compreſceret, qui Episcopum Petrum à Balma expulerant: Taurini pacis conditiones à Bernenſibus, & aliquot alijs eius ſectæ propositæ, quibus Dux in antiquum Geneuam dominium retinebatur, modò Episcopo ciuitate interdictum eſſet, & ciuibis impune liceret à Romana fide diſcedere, & Luteri ſiue Zuinglij nouis placitis adhærere; quod detestatus Dux piffimis, Geneuam fruſtrari maluit: & legati pacis re infecta dimiſſi: non admodum æquo ipſo Clemente, cuius opem Dux fruſtra implorauit, quod is animo aliud cum Franco verſaret, & in Ducem moliretur.

Onuphrius.

E O A N N O , mense Septembri, Clemens septimus obiit, cui ſucceſſit Paulus III. Farnelorum Romana familia clarissima ortus.

Ex notis pa-
ternis.

E O A N N O , mense Maio natus Taurini Emanuel II. Caroli filius, lactans obiit, iuxta fratrem ſepultus.

Ex notis eis-
dem 10. Au-
gusti.

A N N O C H R I S T I M D X X X V . Carolus imperator ex Aphrica na victoria Romā triūphans ingreditur, eoq; téporis Dux Taurini Geneuā defeciffe, ſacerdotes expulſiſſe, diuorum confregiſſe ſtatuas, & im- gines conculcaſſe, templa profanaffe accepit.

Ex eisdē no-
tis 16. Ja-
nuarij.

A N N O C H R I S T I M D X X X VI . nuntiatum quoq; Duci Bernenes Friburgensesq; Vantuatum agrum inuaſiſſe, & iunctis Sedunenisbus Veragrorum ſiue Chablaſij Ducatum occupaffe, nec procul Francum ſibi, & fortunis reliquias imminere.

Ex rescripto
dato Tauri-
ni 25. Fe-
bruarij.

E O A N N O , Carolus Dux Taurino, populis reſcribit, quando Gallo rum Regi efflagitatum iter, & commeatus per ſuam ditionem confeſſiſſet, Rex præterea destinasset vrbes armata manu inuadere, & occu- pare, debeat ipsi, vti poterunt rerefere, ſiq; ſuccumbant, protestari faltem ſe non niſi coactos parere, vt nec ipſi Duci propositum ab anti- quifſima poſſeſſione modo aliquo diſcedere. Et per id tempus Sabau dia ab equitibus Gallis occupatur.

Ex notis eis-
dem
Et Io. Petri
Calcagni.
Et Io. Bapt.
Guignonij
regij ſecreta-
rarij.
Et Petri Ga-
ſtaldi.

E O A N N O , v. idus Martij aduentantibus Gallis in Italiam, Carolus dux Taurini ſe minus tutum fore existimans, per poſticum arcis no- cte intempeſta Marchionem Muſſium, ſexcentos ſimul pedites Cefaria nos rubra cruce inſignitos ad ſui præſidium introduxit. Poſtridie Tau- rinum Dux mille ſexcentos, pedites auxilio accerſuit, quibus præterat viri fortiſſimi, Philippus Torniellus, Ioannes Baptista Gaſtaldus, Caſar Maius Neapolitanus, qui ad ſextum Calendas Aprilis perſtiterunt,

quo

quo die vrbe egredi Ducem oportuit, & Vercellas cum tota familia se recipere, produce Taurini relicto Ludouico à Sabaudia comite Pancalerij.

E O A N N O, Taurini adsunt Regii Fœciales, qui ciuibus ignem, ac sanguinem minitātur, iam parato, & vicino exercitu, nisi illico ablatis Ducis insigniis lilia in portis locisq; publicis exciperent: Illi cum dilationibus contendenter, nec Franciscus Salutianus Marchio (qui Gallicarum partium simul aduenerat) quicquam concederet, quin potius acrius instaret, tandem intrepide coram protestati sunt Taurinenses, se nolle, nec intendere aliquem per actum derogare iuribus Ducis Sabaudiæ, ac successorum Ducum, & eorum priuilegijs, atq; ita accepto etiam à Sabado Duce nuntio, vt fortunę, & tempori cederent, nec vrbis excidium expectarent, inuiti paruerunt. Aduenientibus cum Salutiano, mox Philippo Chabodo Brioni regulo, Admirallo Franciæ, Guillielmo comite Frußbergio, & immenso exercitu, cuius nō tam terrore quam ducis imperio ad deditonem impulsa ciuitas, Hæc mox propugnaculis iam à Duce cœptis permunita est, & pene inexpugnabilis à Gallis redditæ. Intustamen direpta, dissipati ciues, per colles & vicina castella vagantur, Hos Galli, persequuntur, & nisi redeant perdules declarant, sectioni datis prædijs: qui redierunt, suspecti semper habiti misere vitam egerunt aliqui extremo damnati supplicio.

E O A N N O, Salutianus, & Bronus Taurino mouerunt, ciuitatis restore relieto Stephano Columna. Illi per agrum Vercellensem palantes & sata populantes, tuncq; Salutianus, qui proregis sperato honore frustratum se cognouit, à Gallo ad Cæsarem paulatim defecit, tractante Antonio à Leua, qui cunctando rem restituere conabatur, dū Cæsaris aduentum expectaret. Sed ante Salutianus Taurinum rediens turres quatuor (quæ in ciuitatis angulis eminebant) euerti curauit, Mœnia etiam turribus contigua decurtari, vt Cæsarianis facilior pateret aditus, ad quos statim conuersus, in obsidione Carmagnolæ Bombardæ ictu cecidit.

E O A N N O, suburbia quatuor amplissima solo æquata sunt, vnum portæ Secusinę, in quo fuerat cœnobium diui Rolandini, templum sepulchri Hierosolymitani, quod cruce rubra insigniti incolebant, templum Diui Bernardi, monasterium diui Augustini, cœnobium Diui Solitoris, legionis Thebæ ordinis sancti Benedicti, & Beati Valeriani Abbatis. Secundum suburbium ad portam Marmoream, vbi cœnobiū humiliatorum, amphiteatrum, cum orchestra, & area in orbem, qua comedī, & tragœdi olim dabant spectacula, & ædebat ludi: Lacus colliculis cinctus, fragmenta Romanarum inscriptionum innumera. Tertium suburbium ad portam Castris (vbi templum erat sancti Saluatoris) ad pontē vsq; Padimo artificio fornicatum protendebatur. qui pons

Eo ipso pu-
blico instru-
mento dato
Taurini 3.
Aprilis.

Ex Ducis lit-
teris datis a-
pud sanct.
Germaniū.

Ex eisdem
notis.

Ex eisdem
notis.

ab ipsis Gallis ad maiorem sui, ciuitatisque tutelam semirutus. Quartum vero suburbium ad portam Palatinam siue Doraneam, quo in suburbio Franciscanorum (qui Angeli dicebantur) templum, aliud sancti Lazari, Monasterium Virginum diuē Margaritæ, cœnobium sancti Secundi (corpus tamen ipsius Martyris in maiori Ecclesia vrbis re conditum) ædes diuī Rochi. Quæ omnia simul iuncta ciuitatem alteram efficere potuissent, nunc arua prataque aratro, & falcis subiacent.

Ex eisdem
notis mense
Maio.

Eo ANNO, Chabodus Bronus, Taurini pro rege Franco constituitur, qui relictis maximis presidijs, & ciuitatis rectore Claudio Anebaldo in Gallias properauit. At quanto citius Carolus Dux cum Antonio à Leua, & triginta millibus bellatorū Taurinum obsident: Cæsar Astā venit, Fossatum expugnauit.

Ex' ocularis
testibus.

Eo ANNO, postquam Carolus Cæsar isto cum Italicis fere omnibus ciuitatibus foedere, quæ sexcentum coronatorum millia in militiū Cæsarianorum stipendia pendebat, si extra Italianam bella traduceret, ipse clam à Melphitano principe allectus, dum in Massiliam, & Prouinciam progreditur, nihilominus tamen Taurinensem obsidionem non sine Italiae querelis prosequi iubet. Militiae duces relicti Gotterius Lop pes, Padilianus, Jacobus Mediceus Marignanensis siue Musius Marchio, Jacobus Fozarus Scalingius Pedemontanus, Ludouicus Vistarinus Laudensis, qui Bastidam turrem colli cuidā superpositā Pado pontique imminente, montemq; Calleriū occuparant, dū excursionibus Galli dabant operam: sed contineri cœperunt ea' obsidione, qui secus absente Cæsare populationibus finem non fecissent, atque mœnibus inclusi, graui inedia vnā cum ciuibus conflictabantur: solutum obsidione Taurinum, Guidonis Rangonij à Rege destinati opera, qui Taurinorum pro rex efficitur.

Ex rescripto
Francisci eo
anno mense
Februario.

Ex rescripto
anni 1549.
Iulio.

Ex eisdem
notis.

Ex eisdem no-
tis 26. Iulij
Diuæ Annæ
festo die.
Et Lucas Cō-
tilius in vi-
ta Cæsaris
Maij.

ANNO CHRISTI MDXXVII. Franciscus Rex ut Taurinenses, & Pedemontanos populos sibi deuinctos alliceret, eos omnes iure Galliæ donat: & perinde ac natii, & orti in ipso regno essent, nulla inde caducitas in Gallia decendentibus obijci hæredibus possit, idque perpetuistemporibus: quod confirmavit postea Henricus II. Francisci filius.

Eo ANNO, Ioannes Humerius Taurinum prorex mittitur, validissimo cum exercitu Astam vsque progressus, sed mox in Gallias redijt, cui Guido Rangonius Taurini sufficitur.

Eo ANNO, Cæsar Maius Neapolitanus Cæsarianarum partium Taurinum ciuitatem ad San. Georgij propugnaculum admotis scalis repente inuasit, & iam ad ostium per quod in vrbem ab ipso propugnaculo erat aditus Cæsariani peruererant, ac iam ingressuri videbantur, nisi illud, dum vehementius insistunt firmius occludunt, cum ho-

stium

stium ad se trahere, & aduorsum aperire, non introrsum propellere debent. Quæ res, vt eorum conatum elusit, ita ciuitati bono fuit, tum quod Cæsariana auxilia (quæ Donatus Vasti Marchio militiæ dux, ipsi Neapolitano pollicitus fuerat) nondum aduenerant. Nisi potius in superos eam tam præsentaneam opem ciuitas referre debeat, quod tunc in mœnibus tres viſi armati, augusto quæ humano aspectu, qui hostes terruerint, & fugauerint, sunt viſi. Neque hi alij quam tres Thebæi martyres crediti, qui in proxima æde repositi paulò ante fuerant, ipsius ciuitatis diui tutelares.

Ex eisdē notis, & relatio ne plurium.

Eo ANNO, mēſe Octobri, prementib. vsq; Cæsarianis, ita vt neq; portas egrediliceret, Henricus Delphinus Francisci Regis filius, superatis Alpibus Taurinum omnibus angustijs liberat, indeq; Franciscus rex Italiam cum numeroſo exercitu ingreditur: Iauenni (quod Gauium olim) pernoctans Taurinum petit. Pacte trimestres induciæ, & ad octauum mensem protractæ.

Io. Tilius in supplemento Historiæ Gallicæ.

ANNO CHRISTI MDXXXVII. induciæ decennales Nicię agitatæ sunt, vbi cum Paulo Pontifice Carolus Cesar conuenit, & he per Subalpinos, magno Ducis Sabaudi inconmodo, populis significatæ.

Ex notis eius dē 29. Octobr. & mense Nouembri. Ex notis Baptista Glygnonij secretarij Regij.

Eo ANNO, Carolus à Couſsi Burie regulus, Taurino regendo preficitur, quem paulo post Renatus à monte Iano caſtorum prefetus, siue (vt vocant) Marescallus, Prorex subsequitur.

Ex eisdem.

ANNO CHRISTI MDXXXIX. Taurini Rex supremam curiam siue parliamentum iuri reddundo constituit, Proregem verò Claudium Baronem Annebaldū Marescallum Francię, Guillielmo Bellaio Lan gei Regulo vrbis gubernatore addito.

Ex eidem.

ANNO CHRISTI, MDXL. Carolus Cesar ex Hispanijs per medias Gallias magna fiducia ad Gandauos penetrauit, nihil interim de Carolo Duce restituendo actum.

Vidi Lutetię Kal. Ianuarij ei⁹ anni 1540

ANNO CHRISTI MDXLI. Claudius Annebaldus iterū summā rerum apud Taurinos gerit, quo tempore Cesar Fregofus & Antonius Rangonius legati regij ad Padum intercepti, & necati, vnde ruptis fœderibus bella recruduerunt.

Ex eisdē notis.

ANNO CHRISTI MDXLII. Guillielmus Bellaius, & Guido Guifredus Boterianus Taurinum, ac totam ditionē vtrique Proreges obtinent. Et quamvis filiis interarma legibus, ipsa tamen Academia Taurinensis reuiuiscit, & ad id conuentus publici ab eisdem Proregibus permittuntur.

Ex ipso reſcripto. 8. Augusti.

Eo ANNO mense Septembri, tanta Locustarum Taurinum cœlum inuasit, vt obscurato aere nox atra interdiu videretur.

Ex notis eisdem & testibus oculatis. Ex notis 12. Februarij.

ANNO CHRISTI MDXLIII. mense Februario, Cæsaris Maij Neapolitani stratagemate, Taurinum carris sex feno exterius apparet onustis, intus vero selectis militibus artificiose latentibus, parum ab-

fuit

- Ex historia Luc^e Conti-
lij. Ex oculatis testibus. Et notis plu-
rimorum.
- fuit quin serio caperetur, Palatinæ portæ iam duobus carris insidenti-
bus: At auxiliiorum tarditate solis relictis carris, & funibus qui cla-
tros suspendebant a quodam ciue maxima celeritate abscissis vnde ad
imum demissi clatri portam precluserunt, milites reliqui aditu prohi-
biti sunt, qui vero iam intra portam peruerterant, intercepti, fortiter ta-
men, & strenue dimicantes ceciderunt: sic denuo volentibus superis
intacta ciuitate.
- Ex historia Nic. Gillei.
- Eo ANNO, Franciscus Erraldus Alsoneus Taurinorum præses, mortuo Francisco Montelloneo procancellario Franciæ, in eius locū vocatur, cui præses succedit Renatus Biragus, vir non minus armorum quam literarum peritia clarus.
- Ex notis mē se Nouemb. Et testibus oculatis.
- Eo ANNO, post Niciam à Turcis, & Gallis obfessam mense Iu-
nio, obsidione soluta, Franciscus Borbonius comes Anguiani cum exer-
citu alpes superat, Taurino & alijs subalpinis oppidis prospecturus, Carinianum Cæsarianorum præsidio firmatum oppugnat.
- Ex notis xiiiij Aprilis.
- ANNO CHRISTI MDXLIII. mense Aprili, ab eisdem Gallis apud Cerifolas cum Cæsarianis acie dimicatum est. ipsum paulo post Carinianum receptum, Pyrrho Columna qui extrema omnia sustinuerat, dedente. Pax inde inter Cæsarem, & Regem contracta.
- Ex notis xvi. Maij. & xxij. Iulij.
- ANNO CHRISTI MDXLV. mense Maio, Emanuel Philibertus Pe-
demontium princeps Vercellis mouens Vormatiā proficiscitur a Ca-
rolo V. Cæsare auunculo honorifice exceptus.
- Eo ANNO, Paulus Thermarum Regulus adest, apud Taurinos re-
gis vices gerens.
- Ex eisdē no-
tis.
- ANNO MDXLVI. dum Cæsar Germanicis, & Saxoniciis bellis occu-
patur, apud Taurinos Ioannes Caraciolus Melphiæ princeps prore-
gis munere fungitur.
- Ex notis vlti-
mo die Mar-
tij.
- ANNO CHRISTI MDXLVII. mense Martio, obiit Franciscus Francorum rex, cui Henricus filius rex successit, & Taurini in æde ma-
iori exequiæ solenniter peractæ.
- Ex marmo-
rea iſcriptio-
ne villa Pur-
pureæ. xiiij.
Augusti.
- ANNO CHRISTI MDXLVIII. mense Augusto Henricus Rex Francorum superatis Alpibus cum apparatu ingenti Taurinum ingre-
ditur, Renato Birago Præside ornata oratione eū in ingressu celebra-
te: ibique decem diebus continuis permansit.
- Ex notis viij. Aprilis.
- ANNO CHRISTI MDL. Iulius tertius Pont. max. creatur. Tau-
rini vero pax inter summos reges iam ic̄ta, ad continendos populos cō-
firmata iterum propalam declaratur, præcone tubis comitato.
- Ex notis Ec-
clesiæ.
- Eo ANNO, defuncto Innocentio Cibo Cardinale Archiepiscopo, succedit Taurinensi sedi Cæsar Cibo ex fratre nepos.

E O ANNO, mense Augusti, Ioannes Caracciolum Melpharum princeps, Prorex Taurinorum Secusiq̄ mortem obiit, dum in Gallias prope raret, Taurini sepultus apud Dominicanos, cui Carolus Cosseus Bris facus iam designatus prorex succedit: ad quem dux Carolus me, ex Academia Patauinā redeuntem grauissimis de rebus legatum Tauri num misit.

E O A N N O Artus Caroli frater Gonorri Regulus vices pro regis agit.

A N N O C H R I S T I M D L I . mense Septembri, ruptis pacis fœdibus, Brissacus Prorex Charium oppidum Taurino proximum occupat, in ditionem accepto Georgio Lampugnano Cæsariano, & Par mensis belli suscitata vtrinque expeditio.

A N N O C H R I S T I M D L I I . Emanuel Philibertus Princeps, ad Taurinates, & ditionem recipiendam per Subalpinos armatur, Braidae arcem recens à Franco extractam expugnat, quotquot Sabaudos aut Pedemontanos offendit, quisub Franco mererent, laqueo strangulari tanquam perduelles iubet. Ad Metensem inde obsidionem conuertitur.

A N N O C H R I S T I M D L I I I . mense Maio dux Carolus Cœuae arcem à fundamentis extruit, ad Gallicos impetus coercendos.

E O A N N O xvij. Kal. Septembris, obiit Vercellis Carolus dux Sadia, relicto Em. Philiberto filio, qui tunc exercitui Cæsar in Belgica, siue Flandria præerat, ac demum Teroannam, & Hedinum validissima Galliæ propugnacula expugnauit.

E O A N N O , mense Nouembri, Carolus Cosseus Brissacus Taurino mouens, Vercellas ex insperato aduenit, proditam ciuitatem populatur, Ducis preciosam supellecilem exportat, & gemmas immensas interpretij, atque inter cætera monocerotis cornu prodigiosæ magnitudinis: biduo post aduentantibus Cæsarianorum auxiliis egressi Galli, præda onusti Taurinum, non sine periculo sese receperunt.

A N N O C H R I S T I M D L I I I I . Petro Ossuneo Taurini proregis vices gerente, Gallicus miles quidam Bascus natione, cum Cæsarianis de ciuitate prodenda conuenerat: tres speculatoriæ turres liberæ intra mœnia expediebantur, quarum una sancti Michaelis, alia Diaboli, alia Fornaserij vocata, dies dictus pridie idus Augusti, horæ noctis intempesta. Eo die militis pedissequus rem Ossuneo detegit, qui cunctos equites pedestri armatura muniri iussit, & hostem sine strepitu remorari: Sed de ea re hostis monitus, eam opinionem ut auerteret, ad Giuoleti proximam arcem se conuertit, & ea nocte facile arcem occupauit. Galli Taurino egressi Giuiletum recipiunt, & solo arcem æquant.

Ex inscriptio ne sepulchri apud S. Domini nicum.

Ex literis Ca roli ducis da tis Vercellis xi: Augusti. 1550. signa tis Vulliet. cū figillo. Vidi.

Ex notis ter tio, & 5. die Septembris. Et rescripto Cæsaris dato Auguftæ Vin del. vltim. Se ptemb. 1551

Ex oculatis testib⁹ & scri ptoribus eo rum téporū. Ex notis Io. Francisci Roffier, tuuc secretarii du cis.

Ex recenti memoria. Ex notis 16. Iulij. & 2. Iulij. Ex notis 18. & 20. Nouē bris.

Ex oculatis testibus.

Hostis rizang.

- Ex notis 17.
Maij.
- A N N O C H R I S T I M D L V .** mense Maio, Emanuel Philibertus dux, ab aula Cæsariorum Vercellas transuolat, patriæ gubernacula suscepiturus.
- Ex notis 17.
& 21. Septembris.
- E o A N N O** mense Septembri, Taurinum egressus Brissacus cum copiis omnibus, Vlpianum Cæsarianorum obsidet, & aëris cuniculis arcem suffodit, oppidum occupat, & diripit. Taurinum inter ea Birago Præside, arma fœcum togatis sumentibus, vigilantissime asseruatur.
- Ex notis. 5.
Febr. 3. Martij. & 2. Apr.
- A N N O C H R I S T I M D L V I .** Induciæ inter duos reges pætæ sunt in quinquennium.
- Ex notis.
- E o A N N O ,** mense Decembri Franciscus Lotharingus Guisæ dux coacto exercitu Alpes superat, ad Pauli III. Pontificis maxim. vlciscendas iniurias, eiusque ditionem atque authoritatem, quas à duce Albæ inuadi conquerebatur, profecturus, Taurini à Brissaco splendidissime exceptus.
- Ex oculatis
testibus.
- A N N O C H R I S T I M D L V I I ,** Kalendis Ianuarij, cum Guisio duce, & Brissaco dux Nemorosus Iacobus à Sabaudia, dux Aumalius, Guisiani frater, Ludouicus Biragus, Franciscus Bernardinus Vicomercatus. Alijque magni nominis heroes in diui Ioannis Basilia magna pompa conueniunt, & rei diuinæ intersunt, Nec multo post ruptis fœderibus ad res nouas hinc inde conuersum est. Valentia Subalpinorum à Gallis capta, expugnata Valfinera, Clarascum obfessum, frustra quoque Cuneum: Dum serio Emanuel Philibertus per Gallias vim vi, metum metu excutit, & apud Veromanduos insignem illam Sanquintineam victoram Laurentij festo die adipiscitur, fulo Gallico exercitu, capto Anna Mommoratio magistro equitum, siue Côteabili, Duce Mompenserio, Santandreano Marescallo, & eius notæ clarissimis viris.
- Ex notis 15.
Iulij.
- A N N O C H R I S T I M D L V I I I .** idem Emanuel Philibertus Dux, & Prorex à Philippo Hispaniarum rege constitutus ad Grauelingam de Gallis iterum triumphauit, eorum parte maxima captiua ducta, inter quos Thermeus ipse dux exercitus, Villarbonus, Senerpontius, Hanebaldus, Moruillerus, & alij Galliæ primates in manum venerūt: Don querca expugnata. Fausta omnia Cæsarianis fuerant, nisi de morte Caroli quinti Cæsariorum mense Decembri tristis aduenisset nuncius.
- Ex notis 21.
Septemb.
- A N N O C H R I S T I M D L I X .** mense Aprili, pax Cambrisij inter summos reges duos inita promulgatur Taurini, supplicationes habitæ ciuibis omnibus lætitia exultantibus, qui spem optimâ reddituri Ducis semper animo continuerant.
- Ex cōtractu
pacis. 3. Aprilis, & propa-
latione. 20.
Aprilis.
- E o A N N O ,** mense Augusto, post contractum ex pacis legibus matrimonium inter Hispaniarum Regem Philippum, & Ysabellam Henrici Francorum Regis filiam, necnon Sabaudiæ Ducem, & Mar-

garitam

garitam Francisci Regis filiam, Henrici sororem, post ipsius Henrici acerbum inter hastiludia interitum, cui Franciscus rex filius successit, Ditio Sabaudiæ, & Subalpina, Duci Emanueli restituta: Taurino inter quinque praesidia reseruato, & millibus passuum circumiacentis agri vnicuique praesidio additis. Curiæ inde, siue parlamenti tribunal suppressum, Consilij supremi nomine mutato.

Ex notis 29.
April. 1560.

E O A N N O, Emanuel Philibertus Dux restitutus, Niciam hyemare perrexit, quo Taurinenses, licet sub Gallorum ditione detenti, cum ad eum gratulabundi oratorem occultò misissent, rescripsit ciuibus accepto eorum habere animos, & fidem seruatam agnoscere, eam aliquando beneficentia pensaturum.

Ex līis datis
Nicię 20.
Nouemb.

A N N O C H R I S T I M D L X . annonæ caritas ob præterita bella, & assiduas sterilitates in eum modum Taurini creuit, vt ad florenos nouem, & ultra in singulas minimas mensuras (eminas vocant) peruerterit: frumenti saccus quinquaginta sex florenorum precio venierit: tādem cum pace paulo laxior ipsa annona rediit.

Ex notis ciui-
tatis 15. Iu-
nij.

E O A N N O, tertio nonas Nouembris Emanuel Philibertus dux, & Margarita coniuges Nicia, vbi hyemem transegerant, Subalpinā hanc ditionem adeuntes Padum nauigio ad Montem calerium oppidum concenderunt, ad Valentinas ædes Taurinatis agri appulerunt, ab Imberto Pellatterio Bordillioneo Prorege lautissime excepti, inde Taurinensem pontem præteruecti Principes, vt Vercellas peterent, incredibili, licet tacito desiderio sunt à Taurinensibus ciuibus spectati.

Vidi.

E O A N N O, mense Decembri defuncto aliquot ante diebus Francisco secundo eius nomiuis Rege, apud ciuitatem Aureliam, iusta Taurini à Bordillioneo (vt decuit) in templo maiori persoluta. cui Regi Carolus frater in regno successit, Taurina adhuc ciuitate retenta.

Ex not. 16.
Decemb.

A N N O C H R I S T I M D L X I . Bello intestino sub ficta religio-
nis specie adeò per Galliam vniuersam laboratum est; vt ad nostan-
tarum flamarum scintillæ peruerserint: Angronianis populis in Du-
cem concitatis, quibus tacitè factiosi quique, tum ex Gallia, tum ex
Germania consilio, pecunia, milite, opitulabantur: que tamen
omnia post vnum aut alterum conflictum, dux prudenter restinguere,
& supplices iustis conditionibus in ditionem recipere satis
habuit.

Vidi.

Vidi.

A N N O G H R I S T I M D L X I I . pridie Idus Ianuarij, Natalis dies faustus & felix Caroli Emanuelis vnici filij Emanuelis, & Margaritæ Ducum, Ripolis Deo benefauente in lucem editi. ciues Taurinenses quāuis adhuc Regi parerent. varia emiserunt publicæ letitiæ testimonia, accensis ignibus, & machinarum bellicarum complosis tormentis. Ego in Sabaudiam equis dispositis, & ad Nemorosum ducē eius rei nuncius à duce destinatus transuolaui.

Ex ipso legationis mandato, & Breui Pōtificio.

E o A N N O , Kal. Februarij, insurgit Taurini seditiosorum Gallica factio, qui Hugonoti dicti: iā publicæ istius hærefoes superbi assertores in Romanos catholicos ritus, in Eucharistiam, in diuos, & diuoruū monumenta debacchantes. At contra ciues constantissimi ad Carolum regem oratores mittunt, qui (Hieronymo Ruuereo Tolonenſi Episcopo, tunc ducis apud regem internuntio adlaborante) nouas sectas non intromitti, sed potius summoueri, atque extirpari enixe efflagitarent, præter id vnum omnia se perpeſſuros, ad id propellendum omnia profusuros profitentur. Atque ita ea pernicie liberati sunt. Quamobrem literas singularis elogij, & immortalis gloriæ plenas a Pio iiiij. Pont. max. accipiunt.

Rescripto
regio dato
Blefis, 15. Au-
gus. eo anno.

E o A N N O , mense Augusto, Carolus rex, & dux Em. Philibertus, iuxta pacis ante icte leges, Lugdunum primarios viros miserunt, vt vtriusque iura discuterent, quæ etiam Regi à ducis ministris coram exposita sunt. Rex vt pacis conditionibus satisfaceret, æquitate nixus, atque etiam ob singularia à Duce proximis regni tumultibus accepta beneficia, Taurinum restitui mandauit, necnon Charium, Clauarium, Villamque nouam. Et id iterum atque iterum instante Tolonenſi Episcopo Hieronymo Ruuerio Ducis oratore exequi iubet, retento sibi Pinerolio, & Sauilliano a duce recepto.

Vidi.

E o A N N O , tertio Kalend. Octobris, Ioannes Moruillerius Aurelianensium Antistes Regius legatus, (ad quem iubente duce, Fossano obuiam trans Alpes missus fuerā,) Taurinum ingreditur, simul & Robertetus Dalluius super Taurino duci restituendo, quod Bordilionus nimium pertinaciter differebat.

Vidi.

E o A N N O , pridie Idus Decembris, Taurinensis ciuitas à Gallis Emanueli Philiberto restituitur, Charium simul, Clauarium, Villa noua: possessionem apprehendente Amedeo Valpergio Masini comite: vt etiam priori restitutione fecerat Ducis locumtenens meritissimus. Biduo post, ipse dux ex insperato paucis comitantibus Taurinum ingreditur, & conuocatis ad se decurionibus, & ciuitatis priuariis sacramentum fidei ab eis accipit.

ANNO CHRISTI MDLXIII. xv. Cal. Febr. Senatus Pedemontanus, qui Cariniani pro tempore federat, Taurinum insigni purpurę maiestate ingreditur, & ius populis reddere fœliciter auspiciatur.

Eo ANNO, vii. idus Februarij, Dux Emanuel, atque Margarita coniuges Taurinum magnificentius quam dici queat ingrediuntur, & maiore populorum applausu. Hanc denique ciuitatem deinceps incolere statuerunt principes, quam olim Longobardorum regia fuisse, Subalpinorum metropolim, & Augustam ideo vocitatem diximus.

Eo ANNO, mense Augusto, posteaq; ferè de salute Ducis grauissimo morbo affecti Ropolis desperatum esset, Princeps infans Taurinū à Margaritamatre mittitur, & fidei procerum aliquot intimi consilij cōmittitur, quæ ad me etiam literas eam ob rem dare dignata est. Dux tandem sospes Taurinis redditus, Octobri Niciam ad hyberna mitiora proficiscitur, relictis Hieronymo Ruuereo Tolonensi tum Episcopo, Io. Thoma Langrisco Stropianæ, Io. Francisco Costa Ariniani comitibus, qui eo absente Principis infantiam tuerentur, patriamque regerent.

Eo ANNO, Archipræsule Taurinensi Cæsare Cibo de functo Indicus Aualos ab Aragonia Cardinalis sedi præfuit.

ANNO CHRISTI MDLXIII. mense Maio, eodem Aragonio Cardinale se se ab Archiepiscopatu abdicante, successorē illi expetiuerere principes nostri, totaq; patria Hieronymū à Ruuere Lælij filiū Taurinensem ciuem, Tolonensem prius Episcopum, nostri sœculi decus, siue pietatem, siue eruditionem, siue facundiam requiras.

Eo ANNO, Dux in æditiore parte ciuitatis, in ipsis templi Diui Solotoris ruinis Acropolim ædificare cœpit, Citadellam vulgo dicunt.

ANNO CHRISTI MDLXV. mense Iunio, Dux Emanuel, obsessa à Turcis Melita, Andream Prouannam Leniacum cum triremibus quatuor instructissimis mittit, qui vnā cum Pontificijs, Hispanis & aliis triremibus suppetias insulæ afferret. Prior Leniacus applicuit, difficultates exploravit, alios poste aduexit, & soluta tandem fauentibus superis obsidione, Hierosolymitanorum militum sacer, & strenuus ordo liberatus, Ioanne Valleta Gallo summum magisterium gubernante. Quamob victoriam Taurini immensæ lœtitiae publica significatio reddit, & deuotę superis gratiarum actiones.

Eo ANNO, mense Decembri, Dux Taurini cum aulicos innumeros, qui à mensis aut poculis essent circumspiceret, in centum leuis armaturæ equites commutauit, statuitque ut hi suo ordine sibi præsto essent, tum menœ accumbenti inseruirent: Modum quoq; adhibuit intmorū consiliariorū numero, qui vel per gratiā, uel ambitū adcreuerāt.

Vidi.

Vidi.

Literis Mar
garitę ducis
ad me 7.Au
gusti.

Vidi.

Ex notis mē
sis Septēb.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X V I . idibus Martiis, absoluta paucis mensibus Taurinensi acropoli, quinis propugnaculis admiranda, seruata omni rei militaris, & architectonicæ artis ratione eam religiosa ac pia benedictione communiri curat, Archiepiscopo Ruuereo sacris præente: mox præsidiis firmat, eq; præficit Iosephum Carefanam Vercellensem de se benemeritum, ac rei militaris peritissimum. Ipsius fabricę inter cetera visendus est puteus altissimus, aqua perenni abundans, in quem leniter accliui descensu, & ascensu aquatū eunt, & redeunt iumenta, nec sibi inuicem occurrere, minusq; se intueri queunt.

Vidi.

E O A N N O , mense Maio, Dux ad Maximilianum Cæsarem ad comitia Augustæ Vindelicorum belli Turcici suscipiendo causa celebra ta accessit, lectissimis comitatus proceribus, à Cæsare cumulatis affectus honoribus. Vbi dux rediit auxilia ad id bellum non exigua comparauit, ductore equitum Bernardino à Sabaudia Caburri regulo clarissimo.

Vidi.

E O A N N O , IIII. idus Iunij, hora xv. visus Taurini cometes & circum solem circulus varij coloris, nunc ignei nunc sanguinei (Halos vocant astrologi) Mox sequuta pestis per circumuicina ferè omnia oppida, & per Italiam, & Galliam grassatur: Taurino, fere vnico quasi sole, volentibus superis, intacto, & illeso.

Exedito
Du
cis dato Tau
rini 24. anua
rij 1556.

E O A N N O , Dux Emanuel militiae disciplinā aliquot ante annis animo conceptā instituit, ipsosq; milites armatos, velites, peltatos, qui decuriones primipilos, centuriones, tribunos haberent, ad cohortes & legiones iustas conficiendas, quibus præfecit Masini, Arignani, Camerani, Sinfredi Comites, Leonardum quoque Ruuereum Lælij filium, Carefanam, Scalingum, Piouenam, Castrocarum: eos milites amplissimis donauit priuilegijs, & ad arma comparanda iuuit, ijsque disciplinæ militaris exercendæ rationem præscripsit, ut in omnem belli occasionem parati perpetuò forent.

Ex senatus
sententia 22
Octobris.

E O A N N O , Kal. Nouembris Dux utriusque temporis bellorum, & pacis consulens, Academiam Taurini olim institutam, patriæ temporibus variè iactatam, Montere galensibus, penes quos nouissime fuerat, renitentibus, ex Senatus sententia restitui ciuitati iussit, eius nihilominus quibusdam vestigijs Monti regali relictis.

Et ex libello
Augustini
Bucii philo
sophi & ora
toris.

A N N O C H R I S T I M D L X V I I . VII. idus Martij, Pedemontium Princeps sexenni proximus, Dum summorum Christianorum principū, qui eius baptismatis sponsores futuri erant, tempus commodum expectatur, tandem Taurini in eude maiore diui Ioannis ad sacrosanctum baptismatis fontem sistitur, exquisito singularique apparatu: Pensili via à primo aulae cœnaculo in templum ducta, ac nihil omisssum quod ad ornatum faceret, missilia numismatum ex auro, & argento profusa, à binis Fecialibus in populos diuisa. Propatres per vicarios oratores,

fuerunt

fuerunt Pius V. Pontifex maximus, Carolus IX. Francorum Rex, Respublica Veneta, Princeps, & magister Melitanæ militiæ: Promatres verò per vicarias Catherina Medicea Francorum Regina, Isabella à Francia Hispaniarum Regina. Ruuereus vero sacrorum princeps baptismū perfecit, ac nomen à parentibus æditum, atq; auspicatissimum fortunato puero indidit, CAROLVS EMANVEL.

E O A N N O, mense Septembri, compositis Bernensibus controuer-
sijs, Dux Taurino ad Ducatus Chablasij, Gaij, & Terniaci Toparcha-
tuum capiendam possessionem proficiscitur, cætera amplissima olim
ab ipsis occupata ex conuentione dimisit.

E O A N N O, mense Nouembri, Dux decem & nouem leuis arma-
ture equitum selectissimas alas ductore Alfonso Estense in auxilium Re-
gis Gallorum in rebelles, & factiosos liberaliter, & officiosè submini-
strauit.

A N N O C H R I S T I M D L X V I I I . xix. Kal. Septemb. Taurini Dux
Emanuel equestre sodalitium Torquatorum Annuntiationis Virgineq
(vulgo Annunciatæ dictum) omnium antiquissimum à maioribus suis
vsque ab anno M C C C X L I I I . incepit, nullis omissis ad magnificen-
tiam ceremoniis instaurauit. Atq; ipso torque prius Carolo Emanueli
filio, principi Subalpinorum ritè tradito, selectis aliquot proceribus
contulit, Philippo inq & Claudio à Sabaudia fratribus, Racconisij &
Pancalerii regulis, Andreæ Prouanne Leniaco Frussaci, Io. Francisco
Coste, Arignani, Thomæ Valpergeo, Masini comitibus, denique aliis,
alio tempore ad vnius & viginti numerum auxit, ipso Duce ac Princi-
pe filio exceptis. Inde defuncto Gaspare Capris Astensi Episcopo,
Hieronymum Ruuereum Taurinensem Archiepiscopum eius ordinis
Cancellarium creauit.

A N N O C H R I S T I M D L X I X . Dux Taurino in Sabaudiam pro-
fectus, duas acropoles (vulgo Citadellas) à fundamentis cœpit, Tauri-
nenſimillimas, vnam apud Sebusianos in Burgi oppidi eminentiori
parte, sub Diui Mauriti titulo, cui Philibertum Moniouentum præ-
fecit, aliam ad Romuliaccum oppidum in agro Gebennensi, quā Annun-
tiate, alludente equitibus suis cognomine insigniri voluit, & huic Pe-
trum Maliardum Turnoni comitem præposuit, adhibita vtrisque tan-
ta contentione, arte, et sumptibus, vt noua illa facies in corpus inte-
grum absoluta, prius quam satis comprehensa videretur, Hæc cum vici
na bella arderent, & suis parietibus cauendum imprimis foret. Tunc
ferè Matiscon proxima intercepta ciuitas, tunc Ludouicus Borbonius
Condeus in acie apud Xantones cœsus. Volfangus Bauarus Dupon-
tius iam ad Lemouices penetrans febri extinguitur, conflictus ad Mon-
conturneum cruentissimus, ab exercitu regio, cui Dux Andegauensis
frater præcerat, parta victoria.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

A N N O C H R I S T I, M D L X X . Dux non minus ad pietatem quā ad arma procluis, Iesuitarum collegia duo , Camberij vnum, alterum Tauriri institui curauit: Cartusianis quoque heremitis Consuerij nomine in Montere galensium Pedemontanorum finibus templi, ac monasterij constructionem promouit : Quorum hi contemplatione , illi simul actione Christianos ritus fouerent & augerent.

Vidi.

E O A N N O, Dux vigilantissimus equestrem militiam, vt ante pedestrem absoluere voluit, quæ apud Sabaudos tercentum equitum leuis armaturæ constaret, quater centum, & quinquaginta apud Subalpinos, quibus turmis, qnquagenis equitibus singulis duoribus attributis, dati ex Sabaudis quidem sex , Ludouicus à Camera Ioannis Marchionis filius, Petrus Malliardus comes Turnoni, Laurentius Gorreodus, Pontis uallis comes, Philippus Moniuentius, Io. Mōsepetius Beotus, Philippus Cletanus: ex Subalpinis vero nouem, e quibus septem hi prærerat velitibus, Io. Franciscus Ruuereus Lælii filius Cinsanus, Neuilius, Piouena, Meneconus, Capinus, Salinas, at Sclopetariis hi duo Vagnonus, & Beccaria: omnibus vero quasi magistrum equitum præfecit Philippum Estensem Sancti Martini, & Burgimanerij marchionē, quem matrimonio collocata Maria naturali filia ornatissima omniū adoloscentula, iam sibi generum adsciuerat.

Ex notis so-
cietatis. 20.
Maii.
Cypr. capte
7. Augulti.
Stragi editę
7. Septemb.

A N N O C H R I S T I M D L X X I . Emanuel Dux Taurini agens, cōfederatione inita in Turcam Cypri vastatorem, inter Pium quintum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Venetam Rempublicam, qui clasi præset ab omnibus exposcit: sed ob imminentia à vicinis discordiis patriæ discrimina, excusatshabetur. Ioannes verò Austriacus Caroli quinti Cæsaris soboles, magni animi, & expectationis iuuenis præficitur. At Dux Andream Prouanam Leniacum tribus cum triremibus in eam expeditionem adiungit . Apud Naupactum Achaicum concursum, & decertatum. Christianorum vix ducentum triremes: Turcarum vero plusquam trecentum : Mars diu anceps, tandem Deo maximo fauēte, & quodā potius miraculo ad Christianos inclinavit victoria. Leniacus ex triremi Prætoriana fortiter dimicans sclopeto iactus in capite vix galeę præsidio euasit: triremium vna Margariš nomine dissipata, mersaque penitus, Pedemontana semel atque iterum ab hostibus recepta. Ob eam victoriam, Taurini supplicationes superis, ferię mortalibus indictæ.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X X I I . mense Martio, Emanuel Dux Taurini theatrum omnium disciplinarum miro ordine, nec minimis sumptibus instituit, curantibus Hieronymo Ruuereo Archiepiscopo, & Ludouico Molino Rupefortio Philosopho, viris in omni doctrinæ genere absolutissimis.

E O A N N O , mense Iulio, Dux Academiæ Taurinensi fauens, omnibus, qui suo parent Dominio prohibet, ne aliò ad studia capescenda, aut doctoris Lauream sumendam, quām in eam Academiam se conferant: siquidē viris eruditissimis refertam, & omnium disciplinarū, siue Theologiæ, siue Iuris prudentiæ, siue Medicinæ, ac Philosophiæ, aut humanarum literarum doctoribus hanc ornatissimam reddidisset, multa quingentorum aureorum infligitur, aditus præterea ad publica munera & dignitates, huic legi fraudem facientibus interdicitur.

Vidi.

E O A N N O , Taurini Dux extrinsecus aucta Acropoli subterraneis ad fossas presidijs, & alijs quibusdam quasi forcipibus admirandis, eam suomet ingenio inexpugnabilem omnium iudicio reddidit.

Vidi.

E O A N N O , ex Sture flumine alueum aqueductu lateritio cœmato, & continuatis per milliare vnum arcubus in ciuitatem ad Palatinos hortos deduxit, atq; ex ea aqua scaturientem fontem, statuis, marmoribus, & varijs incrustationibus insigniter ornauit, salientibus unde aqua lympharum fistulis, suaue murmur edentibus, ac præterea riuulis discurrentibus, quibus innatantes pisces cernentium adaugent voluptates.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X X X I I I . Dux Emanuel Philibertus vetustissimæ militiæ regularis Diui Lazari magnum magisterium sibi ac posteris perpetuum futurum à Gregorio XIII. Pont. Max. delatum suscepit, erecto antea à maioribus, nuncq; simuliuncto Diui Mauritij militari sodalitio. Quem diuum Sabaudiæ domus antiquo, & pio Saxonice gentis instituto tutelarem semper habuit, ac propterea eius nomine Dux militiæ eam vocauit, atq; amplius xv. millium aureorum prouenibus annuis donauit, vnde militum sanctorū Mauritij & Lazari numerus indies fit auctior & illustrior, ad omnes Christianas expeditiones, & Pontifica iussa promptissimus.

Vidi.

E O A N N O , Taurini fontem trans Duriam iuxta pistrina publica, loco aliquanto ciuitate inferiore, in ipsam ciuitatem & hortos Palatinos, vbi alium fontem amplissimum efficiat, mirabili artificio in edita turre propè eum fontem constructo, deriuauit.

Vidi.

E O A N N O , mense Aprili, Pax tractante Gallo inita inter Venetos & Turcam, quod is maioribus viribus diceretur in Italiam ingruere: eiusque rei causa Dux Emanuel triremes Mauritianis & Lazareis militibus completas iam adornauerat, atque ut eis commodius prospiceret Niciā profectus erat, vbi de pace percussa à Venetis certior est factus.

Ex pacis cō
tractu 3.
Aprilis.

E O A N N O , pridie Non. Junij, Dux Emanuel ob Henricum Caroli Regis Francorum fratrem, à Polonis vltro Regem electum, Sigismundo Augusto ultimo Rege anno superiore defuncto, Taurini omnem hilaritatis edidit significationem.

Vidi.

Vidi.

E O A N N O, Dux Ferrandum Vitellium architectum ad ordiendā Montis regalis Acropolim mittit, eiq; ac toti ciuitati, Iosephum Carefanam mense Nouembri præficit, huius vero loco Taurinensi acropoli Ludouicum Capinum.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X X I I I I . pridie idus Februarij, Ferdinandus Aluares à Toletō Dux Aluæ è Flandricis oris, in quib. Proregē agebat, in Hispaniam rediens Taurino pertransiit, vbi à Duce spendidissime exceptus, nec minus antea pertotam regionem Sabaudam, & Subalpinam Ducis impensa deductus est. Qua liberalitate erga Principes omnes Dux vti confueuit.

Vidi.

E O A N N O, mense Martio, Iesuitarum Collegio magnus accessit prouentus, adepta hæreditate Aledrami Becuti nobilissimi & ditissimi ciuis, à quo h̄rdes instituti sūt, qui tñ Ducī, vt suburbio amēno inter grauissimas curas recrearetur, Lucentis prædio cessere, quod Dux licet ex feudi natura caducum, maiore censu anniuo pensare voluit.

Vidi.

E O A N N O, mense Maio, Iacobus à Sabaudia Gebennensium, & Nemorosij Dux, Anna simul Aestensis coniux, & Carolus filius Tauri num ingrediuntur, Ducis visendi gratia. Hi Duces duorum fratrum filij cum sint vnius & præalti animi, ita perpetuam concordiam ad domesticam iucunditatem atq; ad externa incrementa foueant.

Vidi.

E O A N N O, tertio Kal. Junias, obiit Carolus Francorum Rex, Henrico fratre Poloniæ Rege successore relicto, quem Dux Polonia reduntem, cum obuiam Venetias vsque iuisset, Taurini regio splendore excepit, Lugdununi vsque, cum instructissimo tum peditatu, tum equitatu prosecutus, suis sumptibus mensem integrum omnem aulam Regiam per Sabaudam ditionem ac Subalpinam hilariter deduxit. Nec multò post Rex liberalissimus Pinerolium & Sauillianum Ducibene merenti restituit, misso in eam rem Henrico Engolismensi Henrici genito, magno Franciæ Hierosolymitanorum Priore.

Vidi.

E O A N N O, xvii. Kal. Octobris, Taurini Margarita à Francia Sabaudię & Biturigum Dux dies clausit, nobis (& cui non?) nuquam sati deflenda. Carolo Emanuele vnicō filio relicto.

Vidi.

E O A N N O, mense Decembri, Dux moestissimus, coniugi optimæ, atque incomparabili, omni studio & pietate parentauit, sacra facientibus tribus Archiepiscopis, Episcopis i x. ac aliis Abbatibus, & prælatis dignissimis, vniuersa lugente patria, Orante vero in defunctæ laudes Angelo Iustiniano Geneuensi Antistite disertissimo, Regum principiūq; astantibus legatis.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X X V . x i x . Kal. Februarias, corpora sanctorum Solutoris, Aduentoris, Octauij Martyrum, Iulianę matronę Gonfilini abbatis Taurinensis, ab ēde diui Andreæ (in qua pro tempore collocata fuerant, cum ad urbis præsidia Galli templum Diui So-

lutoris

lutoris euertissent) in Iesuitarum oratorium, quod in Becuti ædibus ex citarunt, dum templum augustiore ornatu construant, translata sunt, supplicationi (qua sanctorū corpora religiosissime sunt deducta) Dux publice interfuit, Carolus item Princeps, & equitum Mauritanorum ordo, palliis (quæ manta vocant) rubris, geminata cruce ad pectus insignitis: elatæ capsæ quatuor, auro velisq; sericis ornatissimæ, astantibus Archiepiscopis & abbatibus aliquot. Oravit postridie in martyru laudes inter sacra Archiepiscopus Ruuereus facundia solita: ad eas reliquias frequentes populi in dies concurrunt.

Eo ANNO, mense Martio, cum Dux Niciam ad maritima prospicienda proficeretur, Carolo Emanueli Pedemontium Principi Taurinoru & patrię gubernacula reliquit. Is vero vix decimū quartū agēs annū, in gerendis rebus, negotijs explicandis, demandandis, & imperrandis necessariis, nihil nō maturo viro, imo & sene rerum peritissimo dignum omnibus admirantibus exhibuit.

Eo ANNO, dū mēse Maio Dux Niciā rdiisset, Ioān e Thoma Languſco Stropianę Comitem magno Cancellario integerrimo vita functo, ali quanto post Octauianum Osascum Rochę Arazij Comitem, Senatus Pr̄fidem, summo illo magistratu, siue potius magistratum tanto viro omnibus absoluto numeris ornauit.

Eo ANNO, quarto nonas Iunij, defuncto Ludouico Capino Taurinensis Acropolis pr̄fecto, tanti momenti munus Dux Guidoni Piouenę Vincentino, qui Sauilliano pr̄cerat statim detulit, qui multo rerum militarium vsu pr̄editus, arcem pr̄sidiorum commoditate, & ornamen torum varietate illustrandam curauit.

Eo ANNO, v. Kal. Iulias Taurinenses ciues assentiente Duce, per Decuriones fidei clientelaris sacramentum Carolo Emanueli principi dixerūt. Idem quoq; apud Vercellas, Astam, Chariuni, Pinerolium, Sauillianum, Fossanum, Monterealem, Cuneū, & alia Subalpina loca lustrante principe, additis etiam muneribus, pr̄stitutum est.

Eo ANNO, mēse Septembri ciues turri vetustissimę, qua nulla ferē tota Italia æditior, in ciuitatis meditullio eminenti, acuminato tecto, Tauroq; veteri labante, Taurum recens inauratum, globo aureo inargentatę pyramidi superinecto insidentem, magna cum ceremonia, ac pulchro opere instauratum imposuerunt.

Eo ANNO, mēse Nouēbri, Dux Marrū municipiū amplissimū in maritimis alpibus, cū arce, simul & Prællam proximā, ac Tendarum ius à Renata à Sabaudia Claudijs Tendarū comitis filia adeptus est permutationi iure, repenso ei Baugiacō Sebusianorū, & Subalpinis Ripolis.

Eo ANNO, pridie idus Decembris, Octavius Farnesius Dux Parmensis, à principibus nostris quos Taurini inuisit, omni ea qua decuit lauitia, sed vberiore letitia exceptus est.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

Vidi.

Ex p̄ctu da
to Taurini
16. Nouēb.

Vidi.

Vidi.

A N N O C H R I S T I M D L X X V I . pridie non. Ianuarias, Dux ob Iucundum nuncium Rodolphi filij Cæsar is Maximiliani, assentiente patre Ratisbonæ in Regem Romanorum electi superiore Octobri, supplicationes Taurini Deo publice decreuit, nullis omissis ad piam gratulationem testimoniis.

Vidi.

E O A N N O , mense Februario, & Martio, Dux Equitum (quos Annunciatæ vocant) numerum solito ritu adauxit: Siquidem post Carolum à Sabaudia Gebennensem principem, ad quem Annecij cum patre Nemorosi Duce agéte, iā trāmissa fuerat torquis, & Bernardinū à Sabaudia Caburri, Prosperū à Geneua Lullini regulos, & Io. Federici cū Madruciū Auiū, Surianē marchionē, & Philippū Estésē Marchionē, anteā creatos equites: ascripti Amedeus naturalis Ducis fili⁹, Federicus Ferrerius Casauallon⁹ Marchio Romagnani, Ludouicus à Balma Perei, & sancti Amoris Baro, deinde Robertus Rotarius Sanseuerinus, Thomas Isnardus Sinfredi comes, Paulo post Beslus Ferrerius Messerani Marchio, Honoratus Grimaldus Bolei Baro, deniq; Franciscus Martinengus comes, & Aeneas Pius à Sabaudia Saffoli regulus.

Vidi.

